9996/D

STOSCH P. von

Γ 56 19559

493

GEMMÆ ANTIQUÆ
CÆLATÆ.

PIERRES ANTIQUES
GRAVÉES.

GEMMÆ ANTIQUÆ
CÆLATÆ,
SCALPTORUM NOMINIBUS INSIGNITÆ.

Ad ipſas Gemmas, aut Earum Ectypos Delineatæ
& Aeri inciſæ,

PER

BERNARDUM PICART.

EX

Præcipuis Europæ Muſeis ſelegit
& Commentariis illuſtravit

PHILIPPUS DE STOSCH,

Polon. Regis & Sax. Electoris Conſiliarius.

AD

IMP. CAES. CAROLUM SEXTUM P.F.A.C.H.R.

Gallicè reddidit H. P. DE LIMIERS, *Bonon. Scient. Academ. Socius.*

AMSTELÆDAMI,

Apud BERNARDUM PICARTUM.

M. DCC. XXIV.

PIERRES ANTIQUES
GRAVÉES,
SUR LESQUELLES LES GRAVEURS ONT MIS LEURS NOMS.

Deſſinées & Gravées en Cuivre ſur les Originaux
ou d'après les Empreintes,

PAR

BERNARD PICART.

TIRÉES

Des Principaux Cabinets de l'Europe,

Expliquées par

M. PHILIPPE DE STOSCH,

Conſeiller de S. M. le Roi de Pologne, Electeur de Saxe,

Dediées à Sa M. Imp. & Cath.

CHARLES VI.

Et Traduites en François par M. de LIMIERS, *de l'Academie de Bologne.*

A AMSTERDAM,

Chez BERNARD PICART, le ROMAIN, Graveur & Marchand d'Eſtampes, ſur le Cingel a l'Etoile.

M. DCC. XXIV.

19559

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

IMPERATORI, CÆSARI,

CAROLO VI.

PIO, FELICI, AUGUSTO, CATH. HISP. REGI,

Perpetuam Felicitatem

PHILIPPUS DE STOSCH.

Meditantem me ac animo volventem, Invicte Cæsar, qualecunque hoc studiorum meorum specimen Cæsareo Nomini ac Catholicæ Majestati Tuæ submisse devovere, non modicè commovebat ac fere retrahere à proposito videbatur Magnitudo Tua, nisi illa Divinæ persimilis Clementia, quam cum Majestate consociatam præfers, hæsitantem animum adeo confirmasset, ut jam non amplius tenuitatis meæ puderet. Non enim armorum tantum gloria, qua de deterrimis Christiani Nominis hostibus, non uno prælio devictis, trophea retulisti, prolatis etiam Imperii finibus, universo Orbi es admirationi; sed etiam effusa in omnes humanitate, ac in litteras & litteratos beneficentia, quam expertus sum, cum me, immerentem licet, imagine ac aureo

tor-

torque donatum è conſpectu Tuo clementiſſime dimitteres. Quamobrem non dedignaturum Te ſpero ſcriptionem hanc de gemmis artificum nomine inſignitis, quas delineatas Ipſe probaſti, cum notum ſit, Te, ad animum ab Imperii curis relaxandum, antiquitatis Studiis immorari, ac veteres inſculptas gemmas, quibus etiam, inter bellorum ſtrepitus magno ſumptu comparatis, avitum theſaurum auxiſti, inſpicere ac tractare, Julii Cæſaris, quem armorum ac litterarum decore æquas, exemplo; Is enim pretioſis hisce lapidibus conquiſitis, Sed Dactyliothecas in Veneris Genetricis templo conſecravit (*a*). *Quis autem Princeps Te æquior ſtudiorum ac bonarum artium æſtimator? cum ex Belgio refertiſſimam bibliothecam Vindobonam ad celeberrimam Cæſaream augendam migrare juſſiſti, in novo, quod paras, ædificio collocandam: non ne diſperſa Græca & Romana Numiſmata, ut ſuo quæque ordine disponerentur in Auguſto Muſeo Tuo curaſti, aucto etiam recentioribus illis, quæ Virorum, armis, litteris ac ingenuis artibus Illuſtrium, imagines exhiberent, quorum magnam partem Tu Trajanus alter Optimus Princeps reſtituiſti, ut incitamentum ad Virtutem eſſent: nonne præſtantes Auro, Argento, Ære Flando, Feriundo artifices ex Italia & Septentrionalibus Regionibus accerſſiviſti? cui profecto providentiæ multum poſteri ſe debere fatebuntur, cum ſacram illam oris Tui Majeſtatem, affabre eleganterque expreſſam, inſpicient. Excipe itaque benigno vultu, Cæſar Auguſte, munus hoc perexiguum ſane, ſi ex ſua conditione ſpectetur, quod in humillimi obſequii ſignum Majeſtati Tuæ offerre audeo; Memor, quod veteres Diis acceptos putabant non tam Principes viros, qui iisdem Hecatombe, quam inferioris ſortis homines, qui minuto farre litaſſent. Romæ Eid. Auguſti.* M D CC XXIII.

(*a*) Plin. l. 37. c. 1.

Ex

Ex Anthol. Lib. IV.

Ὁρᾷς τὸ κάλλος ὅσσον ἐστὶ τῆς λίθου
Ἐν ταῖς ἀτάκτοις τῶν φλεβῶν εὐταξίαις.

id eſt:

Vides quanta ſit pulchritudo gemmæ ex venarum inordinato ordine.

Aliud,

Sculptura plus ſæpe ipſâ gemmâ quam valet.
Pretioſa ab auro gemma non fit: dat decus.

Quelque éclat qu'une Pierre offre à nos yeux ſurpris
Par le deſordre heureux des veines qu'elle porte,
La Gravûre ſouvent ſur la Pierre l'emporte;
Et l'or lui donne moins qu'il n'en reçoit de prix.

PRÆFATIO

AD

LECTOREM.

AMicus quidam meus, Clariſſimus Vir & Litterarum bono natus, cui multum debeo, cum ſæpe diuque me admonuiſſet, ut rei antiquariæ illuſtrandæ qualemcunque operam meam conferrem, diſtuli ego Provinciam hanc ſuſcipere, ingenii mei viribus, quas minimas eſſe ſentio, diffidens; hærebam præterea in opere, quod aggrederer, ſeligendo, cum fere omnia, quæ ad Antiquitatem ſpectant, jam olim ab eruditis Viris tractata viderem; quis enim adeo confidens, ut poſt Spanhemium, Montfauconium, Cauſſæum, Auguſtinum, Maffeium, ut alios præteream, de numiſmatibus, veteribus monumentis gemmisque ſcribere audeat, qui non acta agere videatur? Verum ſuſcepto per varias Europæ regiones itinere, ut hominum mores ſedulo perſcrutarer, jam ſpes omnis ſcribendi animo excuſſa videbatur; tamen ut Homericus Ulyſſes in diuturna illa peregrinatione crebro Ithacam verſus ſpectare ſolebat, itidem ego ad antiquariæ rei ſtudia, quibus ab ineunte ætate mire delectatus ac fere innutritus, oculos identidem reflectebam. Et peropportune accidit, ut cum omnigenam antiquitatis ſuppellectilem, à Principibus doctisque Viris collectam, ac diſpoſitam in muſeis obſervarem, in iis gemmas non paucas, Literatas (*cum Plauto dixerim*) *i. e. Scalptorum nominibus inſcriptas inſpexi, longe plures, quam Faber, Sponius, Auguſtinus aliique exhibuiſſent; videbam præterea plerasque ex illis, quas iſti vulgaverant, mendis ſcatere ac à prototypis longe diverſas, eorum, quibus delineandi cura mandata erat, culpâ; quamobrem operæ pretium duxi, ex ipſis gemmis undique conquiſitis, vitro, ſulphure ac cera ectypa efformare, ut iisdem, quoad fieri poſſet, ſervatâ etiam veterum artificum inſculpendi ratione, perquam ſimiles oculis ſubjicerem ſpectandas, animos addente Equite* Hieronymo Odamo *Romano, Sereniſſimi Principis* Antonii Farneſii *honorario à cubiculo*

PRÉFACE.

UN Seigneur de diſtinction de mes Amis, né pour l'avantage des Belles Lettres, & à qui j'ai beaucoup d'obligation, m'aiant ſouvent exhorté à entreprendre quelque Ouvrage ſur les Antiques, j'ai toujours differé de le faire par la juſte defiance que j'avois conçuë de mes propres forces. Je balançois d'ailleurs ſur le genre d'Ouvrage que je devois choiſir, voyant que tout ce qui regarde l'Antiquité a déja été traité par les Savans. Et en effet, après ce que M. *Spanheim*, le Pere *Montfaucon*, M. de *la Chauſſe*, *Auguſtin*, le Chevalier *Maffei*, & tant d'autres ont écrit ſur les Medailles, ſur les Monumens Antiques, & ſur les Pierres gravées, qui pourroit avoir aſſez de preſomption pour ſe flater de dire encore quelque choſe de nouveau ſur ces mêmes ſujets? D'un autre côté, les voyages que j'avois entrepris en divers Pays de l'Europe, pour m'y inſtruire des mœurs & coutumes des Peuples, m'avoient preſque fait perdre toute eſperance de mettre jamais la main à la plume. Cependant, comme Ulyſſe, dans Homere, au milieu des courſes qui l'éloignerent ſi longtems de ſa Patrie, regardoit toujours vers Ithaque: de même, dans le cours de mes voyages, je n'ai jamais perdu de vuë l'Etude des Antiques, qui ont fait mes delices dès ma plus grande jeuneſſe, & dans leſquelles j'ai, pour ainſi dire, été élevé. Aiant donc eu la commodité de voir, dans les Cabinets des Princes & des Savans, diverſes Collections d'Antiques, j'ai été aſſez heureux pour y découvrir un bien plus grand nombre de Pierres, de celles que Plaute appelle *Signées*, c'eſt-à-dire, avec les noms des Graveurs, que ni le Fevre, ni Spon, ni Auguſtin n'en ont publiées. Aiant d'ailleurs remarqué que la plûpart de celles que ces Auteurs ont données fourmillent de fautes, & que, par la négligence de ceux qui les ont deſſinées, il s'en faut bien qu'elles ſoient conformes aux Originaux, j'ai cru qu'il étoit à propos de tirer en Verre, en Soufre & en Cire des Empreintes de ces mêmes Pierres, recueillies de divers Cabinets, afin de conſerver, autant qu'il ſeroit poſſible, la maniere de graver des Anciens, & d'en pouvoir donner par ce moyen des Deſſeins exacts & fideles. Je n'ai pas été peu encouragé dans ce travail par M. le Chevalier *Jerôme Odam*, Gentilhomme Romain, Camerier d'honneur du Prince *Antoine Farneſe*, qui, par un effet de ſon

goût

biculo Aulico, qui plurimas ex his gemmis, eo quo est animo, ad antiquas res illustrandas propenso, accuratissime delineavit, nobisque amice obtulit: adfuit etiam operi exornando præsentiâ & consilio Eques Petrus Leo Ghezzius *Romanus, præstantissimus pictor. Unicam Triphonis gemmam delineavit* Netscherus, *aliquas, post primum nostrum Roma discessum in Belgium, allatas* Bernardus Picartus, *inter nostri ævi chalcographos nemini secundus, qui opus perficiendum curavit imaginibus æri incisis, ac cum ectypis summa cum diligentia iterum collatis. Ita nescio quo bono fato factum est, ut tot præstantes viri ad consummatam rei perfectionem unanimi consensu absque ulla æmulatione conspiraverint; & sane merebatur tot veterum Artificum in scalptoria arte excellentia, ut quam diligentissime adspectui pretiosis lapidibus ab iisdem cælatæ imagines exhiberentur.*

Sculpendi artem ab Ægyptiis Græcos edoctos fuisse satis testantur vetera ejus gentis, quæ supersunt monumenta, immanes obeliscorum moles, hieroglyphicis insignatæ, signaque ex Basalthe, Porphirite, Sienite, (Itali Granitum orientalem appellant) aliisque durissimis saxis, Græcorum tempora, quibus artes istas excolere ipsi cœpere, vetustate longe superantia; unde illi gloriabantur, picturam penes ipsos fuisse sex millibus annorum, prius quam in Græciam transiret, ut ait Plinius (a). Hoc etiam in gemmis observare est, Scarabeorum imagines, quos Ægypti magna pars inter numina colebat, (*Plinius*) (*b*) *anaglypho opere gemmis insculpere populis illis mos erat, ac in virtutis signum, & pro amuletis militibus ad brachium alligatas tradere deferendas, additis in adversa parte Deorum, aut aliarum rerum formis, aut literis, quarum in Cimeliis magna adhuc copia supereſt. Ex his gemmis aliquæ, Græca numina referentes, Ægyptiis illis prorsus ignota, & à Græcis artificibus procul dubio insculptæ visuntur simili, sed elegantiore Ægyptiacâ illâ, delineandi ratione. Servamus in museo no-*

(a) Lib. 35. c. 3. p. m. 341.

(b) Lib. 30. c. 11. p. m. 346.

goût pour les Antiques, dont la recherche fait une de ſes principales occupations, a deſſiné lui-même très-exactement pluſieurs de ces Pierres, qu'il m'a enſuite offertes de la maniere la plus obligeante. J'ai auſſi été beaucoup aidé dans l'exécution de mon deſſein par la préſence & les conſeils de M. le Chevalier *Pierre Leon Ghezzi*, Gentilhomme Romain, très-excellent Peintre. La ſeule Pierre de Tryphon a été deſſinée par *Netſcher*. A l'égard des autres, en aiant depuis aporté quelques-unes en Hollande, au retour de mon premier Voyage de Rome, elles ont été deſſinées par * B. Picart, qui les a toutes gravées, & qui a mis ce Recueil en l'état où on le voit, après en avoir ſoigneuſement confronté les deſſeins avec les Empreintes. Ainſi, c'eſt un bonheur, dont je ne puis aſſez me feliciter, que tant d'habiles gens aient concouru, ſans aucun motif de jalouſie, à la perfection de cet Ouvrage; Et en effet la beauté du travail de tant d'anciens Graveurs, qui ont excellé dans l'Art de graver en Pierres, méritoit bien que l'on fît les derniers efforts pour repreſenter exactement les figures qu'ils nous ont laiſſées ſur un ſi grand nombre de Pierres précieuſes.

Que ce bel Art ait paſſé des Egyptiens aux Grecs, c'eſt ce que nous aprenons des anciens Monumens qui nous reſtent de cette premiere Nation, tels que leurs Obeliſques, ces grandes & énormes maſſes de pierre, toutes chargées d'Hieroglyfes, & leurs Statuës de Baſalte (*a*), de Porphire, de Sinite ou Granite Oriental, comme les Italiens l'appellent, & d'autres Pierres très dures; Monumens beaucoup plus anciens que le tems où les Grecs ont commencé à cultiver cet Art, puiſque les Egyptiens ſe vantoient, au raport de Pline (*b*), d'avoir poſſedé la Peinture ſix-mille ans avant qu'elle eût paſſé en Grece. On remarque auſſi ſur les Pierres gravées des figures d'Eſcarbot, *qu'une grande partie de l'Egypte mettoit au nombre de leurs Divinitez;* Et le même Pline (*c*) raporte que ces peuples avoient coûtume de graver ces figures ſur des Pierres, qu'ils attachoient aux bras de leurs ſoldats comme des Amulettes, en ſigne de Valeur, en y ajoutant au Revers des Repreſentations de Dieux, ou d'autres Figures, ou des Lettres; comme on le peut voir par ces Pierres mêmes dont il nous reſte un grand nombre dans les Cabinets des Curieux. Entre ces Pierres, il y en a quelques-unes qui repreſentent des Divinitez de la Grece, tout-à-fait inconnuës aux Egyptiens, & qui ne peuvent avoir été gravées que par des Ouvriers Grecs. On y remarque la maniere de deſſiner des Egyptiens, mais beaucoup plus exacte & plus

(*a*) Sorte de Marbre noir ou de couleur de fer.

(*b*) Liv. 35. c. 3. p. m. 341.

(*c*) Liv. 30. c. 11. p. m. 346.

* Les Planches marquées d'une Etoile ſont celles dont on a communiqué les Pâtes ou les Empreintes à *Bernard Picart*, pour les autres, il a ſuivi exactement les deſſeins qu'on lui en a donné.

noſtro gemmeum Scarabeum, cujus in ſubjecta parte Achilles eſt ante aram pede à Paride ſagittâ transfoſſo, lineamentis fere Ægyptiacis expreſſus; hoc idem obſervamus in Achate, Dianam referente, ab Hejo inſculptam, rigidiore corporis ſtatu. Sed *cum* nihil ſit, *ut inquit Quintilianus* (a) ſimul & inventum & perfectum, *ex humilibus iis primordiis aſſurgente Sculptura, & à jejuno illo aridoque Ægyptiorum delineandi modo ſenſim recedens, aſſidua artificum ad naturam imitandam meditatione, atque uſu ad perfectionis faſtigium erecta eſt, unaque cum ea cognatæ artes crevere pictura atque architectura, hinc iis, qui easdem artes profeſſi fuerant, tanta honoris ac gloriæ facta eſt acceſſio, ut nomen ſuum poſteris commendare, famamque ad eos extendere cupientes, operibus, in quibus excelluiſſe ſeſe putabant, nomen inſcriberent, tantaque animi contentione hoc, ne ſibi laus præriperetur, expetivere, ut ſi aliquando denegatum fuiſſet ab his, qui opera mandaſſent, ad aſtum fucumque faciendum confugerent. Feſtivum exemplum ad hanc rem narrat Lucianus* (b) *de Soſtrato Cnidio Architecto, cum enim is in Pharo inſula, jubente Ptolemeo, Ægypti Rege, excelſam turrim extruxiſſet ad uſum nocturni luminis, ut navigantes ad proximum Alexandriæ portum tuti appellerent,* (a) intus in ſaxis nomen ſuum inſculpſit, eoque calce illito atque occultato ſuperinſcripſit nomen ejus, qui tunc regebat, gnarus, quod etiam accidit, breviſſimo temporis ſpatio duraturam inſcriptionem, illito calci ſuperinductam, literis cum ipſa calce prolapſis, conſpicuam fore primam ſcripturam. SOSTRATES DEXIPHANIS FILIUS CNIDIUS DIIS SERVATORIBUS PRO SALUTE NAVIGANTIUM. *Secus hæc narrantur à Plinio* (c), *qui alibi* (d) *refert* Sauronem ac Batrachum, celebres Statuarios, qui fecere templa Octaviæ porticibus incluſa natione & ipſi Lacones, quidam & opibus præpotentes fuiſſe eos putant, ac ſua impenſa conſtruxiſſe inſcriptionem ſperantes, qua negata hoc tamen alio loco & modo uſurpaſſe, ſunt certè etiamnum in columnarum ſpiris inſculpta nominum eorum argu-*

(a) Orat. Inſtitut. l. 9. c. 4.

(b) De Conſcrib. Hiſtor. in fine.

(c) Lib. 36. c. 12. p. m. 403.

(d) Id. Lib. 36. c. 5. p. m. 401.

(a) Ἐνδοθεν μὲν κατὰ τῶν λίθων τὸ αὐτῶ ὄνομα ἐπέγραψεν, ὀπιχρίσας δὲ πτάνω ϗ ὀπικαλύψας, ἐπέγραψε τὸ ὄνομα τοῦ τότε βασιλεύοντος, εἰδὼς, ὅπερ ϗ ἐγένετο, πάνυ ὀλίγω χρόνω συνεκπεσόυμενα μὲν τῶ χρίσματι τὰ γράμματα ἐκφανησόμενον δὲ Σώστρατον Δεξιφάνους Κνίδιον, θεοῖς σωτῆσιν ὑπὲρ τῶν πλοϊζομένων.

plus correcte. J'ai dans mon Cabinet un de ces Eſcarbots gravé en Pierre, avec un Achille au Revers, repreſenté devant un Autel, aiant le pié percé de la flêche que lui tira Pâris; & les traits en ſont preſque entiérement à la maniere Egyptienne. C'eſt ce qu'on peut auſſi voir ſur l'Agathe où eſt repreſentée *Diane* gravée par Hejus, dans une attitude un peu trop roide. Mais *comme il n'y a rien*, dit Quintilien (*a*) *qui ſoit parfait dans le tems qu'il eſt inventé;* la Gravûre, qui doit ſon origine à de ſi foibles commencemens, eſt ſortie peu à peu de cette groſſiéreté; & en s'éloignant inſenſiblement de la maniere ſéche & aride de deſſiner des Egyptiens, les Graveurs, à force de s'attacher à imiter la nature, ont porté cet Art au point de perfection où nous l'avons vu depuis. Avec lui ſe ſont perfectionnez les Arts qui y ont raport, tels que la Peinture & l'Architecture; & de là vient que ceux qui les ont exercez, y ont acquis tant d'honneur dans la ſuite, que pour faire paſſer leur renommée à la Poſterité, ils ont mis leurs Noms aux Ouvrages dans leſquels ils prétendoient avoir excellé. Ils ont même porté ſi loin leur ambition à cet égard, pour ne rien perdre de la gloire qu'ils croyoient leur être duë, que ſi ceux qui les chargeoient de quelque Ouvrage leur refuſoient cette ſatisfaction, ils avoient recours à la ruſe & à l'artifice pour ſe la procurer. C'eſt de quoi nous trouvons un Exemple fort remarquable dans Lucien (*b*). Cet Auteur raporte que Soſtrate, Architecte de Cnide, aiant bâti dans l'Ile de Pharos, par ordre de Ptolemée Roi d'Egypte, une haute Tour pour ſervir de Fanal aux Navires qui vouloient entrer dans le Port d'Alexandrie voiſin de cette Ile, *grava ſur nom ſur une Pierre au dedans de cette Tour, & qu'aiant enſuite enduit la Pierre de chaux, il mit par-deſſus le nom du Prince qui régnoit pour lors, ſachant bien que cette Inſcription, ainſi qu'il arriva, tomberoit bien-tôt avec la chaux ſur laquelle elle étoit gravée, & que par ce moien paroîtroit à découvert la premiere Ecriture, qui étoit en ces mots :* SOSTRATES FILS DE DEXIPHANES, DE CNIDE, AUX DIEUX CONSERVATEURS, POUR LE SALUT DE CEUX QUI NAVIGENT. Pline raconte la choſe autrement (*c*), & il raporte ailleurs (*d*) *que Sauron & Batraque, celebres Statuaires de Lacedemone, qui avoient bâti les Temples d'Octavie environnez de Portiques, étoient ſi riches, au ſentiment de quelques-uns, qu'ils avoient conſtruit ces Temples à leurs dépens, dans l'eſpérance d'être honorez d'une Inſcription; mais que cet honneur leur aiant été refuſé, ils trouverent moien de ſe le procurer d'une autre maniere & dans un autre endroit. Et en effet, on voit encore ſur la baſe de certaines Colonnes*

(*a*) De l'Inſtit. de l'Orateur Liv. 9. c. 4.

(*b*) De la maniere d'écrire l'Hiſt. ſur la fin.

(*c*) Liv. 36. c. 12. p. m. 405.

(*d*) Liv. 36. c. 5. p. m. 401.

* * *

les

gumenta, rana & lacerta. *Hujus Sauronis opus fuisse nobis visum est vas illud marmoreum insigne, cui Bacchi orgia insculpta sunt in hortis Justinianis Romæ, conjecturæ enim occasionem præbet prorepens ante arborem lacerta, præter reliqui operis argumentum ac profecto parergon, sed non temere efficta, & ad Sculptoris forsan nomen indicandum.*

Ex ceteris autem liberalium harum artium cultoribus, qui diserte proprio nomine opera sua notarunt, aliquos retulit Sponius *in Græciæ Itinere ac* Gruterus; *plures congessit* Marquardus Gudius, *in Commentariis ad Phædri fabulas* (*a*), *licet multa in Inscriptionibus ab eo relatis menda inesse moneat* Gronovius (*b*), *nos eos tantum titulos afferemus, quos vidimus ipsi, ac characterum pariter operumque Antiquitatem probavimus.*

(*a*) Lib. 5. Fab. 1. p. 312. edit. Amstelod. 1698.

(*b*) In Præf. Tom. 7. Antiq. Græc. pag. 7.

In Ecclesia principe Terracinensi, ubi olim templum Apollinis fuerat, legitur Architecti nomen:

C. POSTUMIUS C. F.

POLLIO

ARCHITECTUS.

EX Statuariis Romæ in hortis Ludovisiis in Basi simulachri marmorei mulieris, adolescentem amplectentis, Papirium ac matrem vulgus putat, insculptum est:

ΜΕΝΕ
ΛΑΟΣ
ΣΤΕΦΑ
ΝΟΥ
ΜΑΘΗ
ΤΗΣ
ΕΠΟΙ
ΕΙ

ME-

les Symboles de leurs Noms dans la Figure d'une Grenouille & d'un Lezard. Nous croyons que l'Ouvrage de ce Sauron étoit un certain Vaſe de Marbre très-celebre où ſont gravées les Bacchanales, & qui ſe voit à Rome dans le Jardin du Prince Juſtiniani. Ce qui me donne lieu de former cette conjecture, outre l'ordonnance du reſte de l'Ouvrage, c'eſt un Lezard qu'on y voit rampant devant un Arbre, & qui eſt là hors d'œuvre, quoiqu'il ne paroiſſe pas y avoir été ajouté ſans raiſon, mais peut-être pour indiquer le nom du Graveur.

Entre les autres Ouvriers qui ſe ſont diſtinguez dans ces Arts, & qui ont mis diſtinctement leurs Noms à leurs Ouvrages, M. *Spon*, dans ſon Voyage de la Grece, & *Gruterus* en ont raporté quelques-uns. On en trouve un plus grand nombre dans les *Commentaires ſur les Fables de Phedre* de *Marquardus Gardius*: (*a*) quoique, ſelon la remarque de *Gronovius* (*b*), il y ait beaucoup de fautes dans les Inſcriptions qu'il en raporte. Pour nous, nous ne raporterons que celles que nous avons vuës de nos propres yeux, & dont nous avons vérifié l'antiquité des Caracteres, auſſi bien que celle des Ouvrages où ils ſe trouvent.

(*a*) Liv. 5. Fab. 1. p. 312. Edit. d'Amſt. 1698.

(*b*) Pref. du Tom. 7. des Antiq. Gr. p. 7.

Dans l'Egliſe Cathedrale de Terracine, Ville de l'Etat Eccleſiaſtique ſur les Frontieres du Royaume de Naples, où il y avoit autrefois un Temple conſacré à Apollon, on lit le nom de l'Architecte qui l'a bâti, en ces termes:

C. POSTUMIUS Fils de C.
POLLIO
ARCHITECTE.

Entre les Statuës du Jardin de la *Villa Ludoviſia*, apartenant à la Princeſſe Douairiere de Piombino, à Rome, on lit l'Inſcription ſuivante ſur la Baſe d'un Simulacre de marbre repreſentant une Femme qui embraſſe un jeune homme, que l'on croit être Papirius & ſa Mere:

ΜΕΝΕ
ΛΑΟΣ
ΣΤΕΦΑ
ΝΟΥ
ΜΑΘΗ
ΤΗΣ
ΕΠΟΙ
ΕΙ

ΜΕΝΕΛΑΟΣ
ΣΤΕΦΑΝΙ ΔΙΣΚΙΠΟΥΛΟΣ
ΕΠΟΙΕΙ

MENELAUS
STEPHANI DISCIPULUS
FACIEBAT.

In mirando illo trunco, Herculis ſigno, quod in Palatio Vaticano ſpectatur:

ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ
ΝΕΣΤΟΡΟΣ
ΑΘΗΝΑΙΟΣ
ΕΠΟΙΕΙ

APOLLONIUS
NESTORIS Filius
ATHENIENSIS
FACIEBAT.

Alterum æque mirandum Herculis Simulachrum in Palatio Farneſiano hæc habet:

ΓΛΥΚΩΝ
ΑΘΗΝΑΙΟΣ
ΕΠΟΙΕΙ

GLYCON ATHENIENSIS
FACIEBAT.

Marmoreo, ſed pene ſpiranti, Gladiatori in hortis Burgheſianis titulus additus:

ΑΓΑΣΙΑΣ
ΔΩΣΙΘΕΟΥ
ΕΦΕΣΙΟΣ
ΕΠΟΙΕΙ

AGASIAS
DOSITHEI Filius
EPHESIUS
FACIEBAT.

Æſculapium in Palatio Veroſpiorum Romæ:

ASSALECTUS M. F. F.

Et Hermam in Hortis Montaltii inſculpſit:

ΕΥΒΟΥΛΕΥΣ
ΠΡΑΞΙΤΕΛΟΥΣ

EUBULES PRAXITELIS Filius.

Apud Eminentiſſimum Principem Alexandrum Card. Albanum, veterum ſignorum æſtimatorem ſcientiſſimum, & ob bene-

C'eſt-à-dire:

MENELAUS
DISCIPLE DE STEPHANUS
L'A FAIT.

Sur cet admirable reſte de la Statuë d'Hercule que l'on voit au Vatican, ſont écrits ces mots:

ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ
ΝΕΣΤΟΡΟΣ
ΑΘΗΝΑΙΟΣ
ΕΠΟΙΕΙ

C'eſt-à-dire:

APOLLONIUS
FILS DE NESTOR
ATHENIEN
L'A FAIT.

On voit dans le Palais Farneſe une autre Statuë d'Hercule, avec cette Inſcription:

ΓΛΥΚΩΝ
ΑΘΗΝΑΙΟΣ
ΕΠΟΙΕΙ
GLYCON ATHENIEN
L'A FAIT.

Sur la Statuë de Marbre d'un Gladiateur, auquel il ne manque que la parole, dans le Jardin du Palais Borgheſe, on lit:

ΑΓΑΣΙΑΣ
ΔΩΣΙΘΕΟΥ
ΕΦΕΣΙΟΣ
ΕΠΟΙΕΙ

C'eſt-à-dire:

AGASIAS
FILS DE DOSITHE'E
EPHESIEN
L'A FAIT.

Sur l'Eſculape du Palais Veroſpi à Rome, on lit.

ASSALECTUS Fils de M. l'a fait.

Et ſur l'Hermes des Jardins de Montalte:

ΕΥΒΟΥΛΕΥΣ
ΠΡΑΞΙΤΕΛΟΥΣ
EUBULE Fils de PRAXITELE.

Chez le Cardinal Alexandre Albani, Prince également recommandable & par ſon juſte diſcernement dans la Science des Anti-

ques,

nevolentiam erga literas & literatos omni laude dignum, inter Simulachra marmorea extat Protome, imago ſcilicet hominis pectore tenus ſingulari artificio ducta, Buſtum *Itali vocant, cum epigraphe:*

ΖΗΝΑΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΕΠΟΙΕΙ

ZENAS ALEXANDRI Filius FACIEBAT.

Altera Protome ejusdem muſei hæc habet:

ΖΗΝΑΣ Β ΕΠΟΙΕΙ

ZENAS B FACIEBAT.

Apud eundem quoque eſt Anaglyphum Marmoreum, olim Eminentiſſimi Nuptii, cujus ectypon vulgavit Vir Clariſſimus Juſtus Fontaninius de Antiquitat. Hort (a) *in quo Bacchantes ac Faunus:*

(a) Pag. 171.

ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΣ ΕΠΟΙΕΙ

CALLIMACHUS FACIEBAT.

Græcus ſed admodum vetus artifex, vigente adhuc in Græcia Ægyptiaca ſculpendi ratione, quam marmor redolet.

Percelebri toreumati Homeri, Apotheoſin referenti, quod viſitur in Palatio Columnenſi, ad radices montis Quirinalis, inſcriptum eſt:

ΑΡΧΕΛΑΟΣ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ
ΠΡΙΗΝΕΥΣ ΕΠΟΙΗΣΕ

ARCHELAUS APOLLONII Filius PRIENENSIS FECIT.

Noti Vaſis illius Marmorei, quod Cajetæ eſt, Bacchi natale exhibentis, Sculptorem indicat inſcriptio:

ΣΑΛΠΙΩΝ
ΑΘΗΝΑΙΟΣ
ΕΠΟΙΗΣΕ

SALPION ATHENIENSIS FECIT.

Perrarum autem & forſan unicum eſt Phidiæ exemplum, qui ad Agoracriti, diſcipuli ſui, gratiam aucupandam e ſuis operibus pleraque nomini ejus donaſſe fertur, *ut habet Plinius* (b), *de uno tamen Nemeſis ſigno Auctores meminere, quod ſub Veneris imagine ab Erecteo Rhamunte poſitum, licet Phidiæ opus, Agoracriti tamen nomen præ ſe ferebat. Suidas* (a): Statuam vero Phidias fecit, cujus inſcriptionem gratificatus fuit Agoracrito Pario, à ſe adamato. *Ta-*

(b) Lib. 36. c. 5. p. m. 399.

(a) Ῥαμνεσία Νέμεσις τὸ ἄγαλμα Φειδίας ἐποίησεν, ἐπὶ τῷ ἐπιγράφῳ ἐχαρίσατο Ἀγορακρίτῳ τῷ Παρίῳ ἐρωμένῳ.

ques, & par la bienveillance particuliere dont il honore les Savans, on voit un Buſte de Marbre, repreſentant un Homme, parfaitement bien travaillé, avec ces mots:

ΖΗΝΑΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΕΠΟΙΕΙ
ZENAS Fils d'ALEXANDRE L'A FAIT.

Un autre Buſte du même Cabinet porte pour Inſcription:

ΖΗΝΑΣ Β ΕΠΟΙΕΙ
ZENAS B L'A FAIT.

Dans le même Cabinet eſt un Bas-relief en Marbre, qui a autrefois apartenu au Cardinal Nuzzi, & dont l'Eſtampe a été publiée par M. Fontanini dans ſes Antiquitez d'*Horta* (*a*), repreſentant des Bacchantes & un Faune, avec cette Inſcription: (a) Pag. 171.

ΚΑΛΛΙΜΑΧΟΣ ΕΠΟΙΕΙ
CALLIMAQUE L'A FAIT.

Ce Marbre eſt travaillé dans le gout de la Sculpture antique Grecque, & fort aprochant de la maniere Egyptienne.

Sur un fameux Vaſe, repreſentant l'Apotheoſe d'Homere, qui ſe voit à Rome dans le Palais du Connétable Colonne, on lit:

ΑΡΧΕΛΑΟΣ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ
ΠΡΙΗΝΟΥΣ ΕΠΟΙΗΣΕ
ARCHELAUS Fils d'APOLLONIUS
DE PRIENE L'A FAIT.

Cet autre fameux Vaſe de Marbre, qui repreſente la naiſſance de Bacchus, & qui ſert de Baptiſtere dans l'Egliſe Cathedrale de Gaëte, porte cette Inſcription où ſe lit le Nom du Graveur:

ΣΑΛΠΙΩΝ
ΑΘΗΝΑΙΟΣ
ΕΠΟΙΗΣΕ
SALPION
ATHENIEN
L'A FAIT.

Il n'y a peut-être qu'un ſeul exemple au monde de ce qu'a fait Phidias, qui pour ſe concilier la bienveillance d'Agoracrite ſon Diſciple, *a mis ſon nom à pluſieurs de ſes Ouvrages*, comme nous le liſons dans Pline (*b*). Toutefois les Auteurs ne font mention que de la ſeule Statuë de Nemeſis, qui fut placée ſous l'Image de Venus par Erecteus de Rhamnuſe, & ſur laquelle, quoiqu'elle fût de la main de Phidias, on liſoit pourtant le nom d'Agoracrite. Voici comme en parle Suidas: *Phidias eſt celui qui a fait cette Statuë; mais pour faire plaiſir à Agoracrite de Paros, qu'il aimoit, il a bien voulu y mettre ſon nom.* Or ce nom étoit écrit ſur (b) Liv. 36. c. 4. p. m. 399.

Tabella autem, illius nomine inſcripta, pendebat e ramo mali arboris, quem ſimulachrum manu geſtabat, ut ex Zenobio (a) refert Meurſius de Populis Atticæ (b).

(a) Centur. 5. prov. 82. (b) Tom. 4. Theſ. Antiq. Græc. Gronov. col. 782.

Pictores omittimus, cum eorum Tabulæ penitus perierint, ac picturæ parietibus inductæ, temporis injuria paucæ, & hæ non integræ perennaverint; nomen tamen ſuum hosce artifices appoſuiſſe ſatis teſtatur carmen, in templo Ardeate, Junonis Reginæ, quod refert Plinius (c):

(c) Lib. 35. c. 10. p. m. 393.

Dignis digna loco picturis condecoravit
Reginæ Junonis ſupremi conjugis templum
M. Ludius Elotas Ætolia oriundus,
Quem nunc & poſt ſemper ob artem hanc Ardea laudat.

Horum itaque imitatione, qui imagines gemmis inſculpebant, ſi quas ad artis præſcripta abſolviſſe exiſtimabant, proprio nomine notarunt, ſervato veteri more Statuariorum, quos refert Plinius in epiſtola ad Veſpaſianum Auguſtum, libris ſuis præfixa: Pendenti titulo inſcripſiſſe, ut Apelles faciebat aut Polycletus, tanquam inchoata ſemper arte aut imperfecta, ut contra judiciorum varietates ſupereſſet artificii regreſſus ad veniam velut emendaturo quicquid deſideretur, ſi non eſſet interceptus. Quare plenum verecundiæ illud eſt, quod omnia opera tanquam noviſſima inſcripſere, tanquam ſingula fato ademti. *Non enim in minutis hisce lapidibus ſcalpendarum imaginum ars minori admirationi veteribus fuit, quam ea, quæ ſigna ærea & marmorea grandiora ſimulachra effingebat, imo pretium augere videbatur minima lapillorum forma, ac durities ferrum admittere recuſans, & ſolo adamante expugnabilis, nam ut cecinit Marbodæus antiquus Poeta (d).*

(d) De gemmis poſt Dactyliothecam Gorlæi editam à Gronovio Tom. 2. p. 6.

Hujus fragmentis gemmæ ſcalpuntur acutis.

Unde Lampridius Antonini Helagabili, veſani Principis, vanita-

une Tablette pendante à une Branche de Pomier que la Statuë tenoit en main, comme Meurſius le raporte après Zenobe (*a*), en parlant des Peuples de l'Attique (*b*).

(*a*) Centur. 5. prov. 87.
(*b*) Tom. 4. du Tréſ. des Antiq. Grec. de Gronov. col. 785.

Nous ne dirons rien des Peintres, dont il ne nous reſte plus aucuns Tableaux, non plus que de leurs Peintures à freſque, dont il ne s'eſt conſervé que très peu de morceaux, encore fort endommagez par les injures du tems. Cependant il eſt certain qu'ils mettoient leurs noms à leurs Ouvrages, comme il paroît par ces Vers, qui étoient dans le Temple de Junon à Ardée, raportez par Pline (*c*).

(*c*) Liv. 35. c. 10. p. m. 393.

Du Temple de Junon, femme du Dieu ſuprême,
Les ſuperbes Tableaux, ſi dignes du Lieu même,
Sont de Lude Elotas, ce Peintre ſi vanté
Qui prit naiſſance en Etolie,
Que toujours Ardée à chanté,
Et dont encor le Nom tous les jours s'y publie.

A l'Imitation des Peintres, les Graveurs en Pierres ont mis leurs Noms à leurs Ouvrages, toutes les fois qu'ils ont cru en avoir achevé quelcun ſelon toutes les Régles de l'Art; & ils ont ſuivi en cela l'ancien uſage des Statuaires dont parle Pline dans ſon Epître à l'Empereur Veſpaſien, qui eſt à la tête de ſes Livres: *Ils avoient coûtume*, dit-il, *d'écrire leurs Noms ſur une Tablette ſuſpenduë, comme faiſoient Apelles ou Polyclete, comme ſi leur Art étoit encore imparfait & qu'il ne fît que commencer; & cela pour avoir dans le retour de l'Ouvrage même une reſſource contre la diverſité des Jugemens qu'on en pourroit porter, & comme pour demander grace aux Connoiſſeurs ſur ce qu'il pourroit y avoir à corriger, en cas qu'il ne fût pas bien reçu. C'étoit en eux un trait de modeſtie tout à fait remarquable, que de mettre ainſi leurs Noms à tous leurs Ouvrages comme aux derniers qui fuſſent ſortis de leurs mains, & comme ſi l'Auteur ne vivoit plus.* Car les Anciens n'admiroient pas moins l'Art de graver ſur de ſi petites Pierres, que celui de faire de grandes Statuës de Marbre; au contraire, ce travail acquéroit encore plus de prix par la petiteſſe & la dureté de la Pierre, ſur laquelle le fer ne mordoit point, & qui ne pouvoit être entamée que par le Diamant, comme le dit l'ancien Poëte Marbodée, en ces termes (*d*):

(*d*) Des Pierres grav. d'après le Cabinet de Gorlée, de l'Edit. de Gronov. Tom. 2. p. 6.

La Pierre, qui ne cede à nul autre inſtrument,
Cede aux pointes du Diamant.

De là vient que Lampridius, ſe mocquant de la ſotte vanité de l'Empereur Antonin Helagabale, qui portoit des Pierres gravées

* * * * *

(a) p. m. 108. in vit. Helag. *nitatem irridens, ait (a), ipſum habuiſſe in calceamentis* Gemmas, & quidem Sculptas, quod riſum omnibus movit, quaſi poſſent Sculpturæ nobilium artificum videri in gemmis, quæ pedibus adhærebant. *Hæ autem vel cavo & refugiente opere elaboratæ, annulisque illigatæ ad ſignandum in uſu fuere, vel extanti, ac celatæ ad ornamentum. Vetuſtiores Græci artifices ex pretioſis Lapidibus ad inſculpendas in iis imagines, potiſſimum elegere Achaten, Sardonicen, Sardam rubram, quam Carneolam vocant, & Chalcedonium, creſcente autem luxu, ac majora arte jam audente Amethiſto ac Berillo, ceterisque gemmis manus appoſuere, ſi unum Adamantem excipias, quem tamen Scalpturam pati poſſe docuit altero abhinc ſeculo* Jacobus Treccia *Mediolanenſis, ut refert Gorlæus (b); & dum hæc ſcriberemus, vidimus Neronis caput adamanti affabre inſculptum à Joanne Conſtantio, præſtanti artifice Romano, nec Smaragdis pepercere,* decreto hominum Sculpi vetitis, *ut inquit Plinius (c), licet idem (d) referat:* Ismeniam Choraulem, indicato in Cypro ſex aureis denariis Smaragdo, in quo fuerat inſculpta Amymone, juſſiſſe numerari. *Notusque eſt Smaragdus auro incluſus Ptolemei vultu inſignitus, ab eodem Rege Lucullo dono datus. (Plutarchus in vita Luculli) (e), & adhuc in cimeliis non una ex hujus generis veteribus gemmis inſculpta ſervatur. Hinc, poſt inventum in Phœnicia vitrum, excogitavit Democritus, ſummus ille Philoſophus,* quemadmodum decoctus calculus in Smaragdum, converteretur, quâ hodieque coctură lapides coctiles colorantur, *inquit Seneca (f). Obſidianum vitrum appellat Plinius (g),* quod fit totum rubens, fit & album & murrhinum, aut Hyacinthos Sapphirosque imitatum, & omnibus aliis coloribus; *atque hoc aut fuſum ſponte, aut ferro, adamantina ſcobe oleoque illito, facile imagines recipiebat, translucenti nitore adeo veris gemmis ſimile, ut difficile eſſet à veris internoſcere. Marbodæus de Gemmis (h).*

(b) in Præloquio Dactylioth. edit. a Gronov. pag. 9.

(c) Lib. 37. c. 5. p. m. 414.

(d) Lib. 36. c. 1. p. m. 411.

(e) Op. Tom. 1. ex recenſ. Xylandri pag. 493.

(f) Epiſt. 90. p. m. 153.

(g) Lib. 36. c. 26. p. m. 410.

(h) Pag. 25.

Sed

vées dans ſa chauſſure, dit (*a*), *que par là il ſe rendoit ridicule, comme ſi le travail des plus excellens Graveurs pouvoit ſe remarquer ſur des Pierres attachées* AUX PIE'S: Or ces Pierres étoient ou gravées en creux, & montées ſur des Anneaux, pour ſervir de Cachet, ou travaillées en bas-relief, pour ſervir d'Ornement: ce que les Modernes appellent *Camées*. Entre ces Pierres ſur leſquelles on pouvoit graver des Figures, les anciens Grecs choiſiſſoient ſur tout l'Agathe, la Sardoine, la Cornalline rouge, & la Calcedoine. Mais le Luxe venant à s'accroître & l'Art devenant auſſi plus hardi, on commença à graver ſur l'Amethyſte, ſur le Berille, & les autres Pierres précieuſes, excepté le ſeul Diamant, que *Jacques Trezzo*, de Milan, a pourtant fait voir dans le ſiécle paſſé qui pouvoit également ſouffrir la Gravure, ainſi que Gorlée (*b*) le raporte. Pendant que j'écrivois ceci, j'ai vu chez le Prieur *Vaini*, Chevalier Grand-Croix de Malte, de la famille des Princes *Vaini*, Romains, une Tête de Neron, parfaitement bien gravée ſur un Diamant par *Jean Coſtanzi*, Romain, Graveur très-habile. Il n'y eut pas juſqu'à l'Emeraude qui ſervit à ce travail, *quoiqu'il parût humainement impoſſible de l'entreprendre*, comme dit Pline (*c*); cependant il raporte au même endroit que le Chanteur *Smenias aiant apris qu'il y avoit en Cypre une Emeraude de ſix deniers d'Or, où Amymone étoit gravée, fit compter cette ſomme pour l'avoir*. On connoît outre cela cette fameuſe Emeraude, montée en Or, où étoit gravé le Portrait de Ptolemée, & dont ce Roi fit preſent à Lucullus, comme on le lit dans la Vie de ce dernier écrite par Plutarque (*e*); & l'on voit encore aujourd'hui pluſieurs Pierres gravées, de cette eſpece, dans les Cabinets des Curieux. De là vient qu'après que le Verre eut été inventé en Phenicie, Democrite, ce Philoſophe celebre, *ſe mit à rechercher comment un Caillou fondu au feu pouvoit ſe convertir en Emeraude. Et ce ſecret de fondre les Pierres, qui eſt encore en uſage aujourd'hui, ſervoit à leur donner un Vernis de toute ſorte de couleurs*, dit Seneque (*f*). Pline (*g*) appele *Obſidiane* la Pâte de Verre, *qui devient toute rouge, ou toute blanche, comme la Pierre appelée Murra, ou qui imite les Hiacinthes & les Saphires, & prend toute ſorte d'autres couleurs*. Et ce Verre, fondu ſimplement, ou par le moyen du fer frotté de Limaille de Diamant & d'Huile, recevoit facilement les Figures, & avoit un éclat transparent qui le rendoit ſi ſemblable aux véritables Pierres précieuſes, qu'il étoit difficile de le diſcerner. Voici ce qu'en dit Marbodée dans ſon *Traité des Pierres* (*h*):

(*a*) Pag. m. 108. dans la Vie d'Helag.

(*b*) Dans le Preamb. du Cabinet de Pierres gravées publié par Gronov. p. 9.

(*c*) Liv. 37. c. 5. p. m. 414.

(*d*) Même Liv. c. 1. p. 44.

(*e*) Tom. 1. Edit. de Xil. p. 493.

(*f*) Epit. 90. p. m. 153.

(*g*) Liv. 36. c. 26. p. m. 410.

(*h*) Pag. 29.

Sed fraus intactum quia nil humana reliquit,
Invida naturam dum ſcilicet ars imitatur,
Veras à falſis labor eſt discernere gemmas
Callida quas didicit vitio ſimulare doloſo.
Dum veram ſpeciem mentitur adultera formæ.

Obſidiana hæc ficta (Paſtas Antiquas *Itali vocant*) *quamplurima occurrunt in Cimeliis, quorum duo, artificum nomine inſcripta, vulgamus*, Oneſæ *ſcilicet: qui* Muſam, *&* Pergami, *qui* Baccantem *inſculpſere. Perfectior tamen noſtro ævo ratio inventa eſt, qua vitreæ gemmæ, imaginibus inſignes, nitore cum veris certent, ſola duritie inferiores, auſpiciis inclyti Principis Philippi Ducis Aurelianenſis. Sed de vitreis hisce maſſis copioſe alio in opere, quod molimur, acturi ſumus.*

Gemmæ autem, quibus ad obſignandum aut ad ornatum utebantur, inſculptas exhibebant Deorum imagines, ait Heroum ac Philoſophorum vultus, aliaque pro uniuscujusque arbitrio, quæ fuſe proſequitur Leonardus Auguſtinus (a); nos autem obſervavimus plures in illis ſculptas imagines, marmorea præſtantium artificum ſigna referentes, felici ſane auſu ac delineatione in arctum contractas.

(a) In Præf. ad Gemm. Ant. Part. 1. pag. 2. Edit. Gronov.

Paucas hic indicare libet. Praxiteles, celeberrimus Statuarius, fecit ex ære puberem ſubrepenti lacertæ cominus ſagittâ inſidiantem, quem Sauroctonon vocant. *Plinius* (*b*). *Mentionem facit & Martialis* (*c*). *Signum hoc periit, ſed ejus imaginem nobis ſervavit Praſia Smaragdina in Muſeo Harlemenſi Baronis de Leur. Meleagri Simulachrum, quod eſt Romæ in ædibus Pichinorum, expreſſum refert Onyx apud nos, ut Laocoontis Vaticani gemma in theſauro Regis Galliarum, alteraque, quæ olim apud V. C. Franciſcum de Ficoronis extabat. Veneris Mediceæ ac Dirces Farneſianæ ſigna, pluribus in gemmis ſculpta, vidimus, ut alia innumera prætereamus.*

(b) Lib. 34. c. 8. p. m. 380.
(c) Lib. 14. Epigr. 172.

Ad

Depuis que pour tromper les yeux,
Dans le malin deſir d'imiter la nature,
L'Art a recours à l'impoſture,
Rien n'eſt plus à couvert de ſes traits envieux.
De deux Pierres, tant l'une eſt à l'autre ſemblable,
On a peine à juger quelle eſt la véritable;
Et la fauſſe en couleur en aproche ſi bien,
Que l'œil le plus ſubtil ſouvent n'y connoît rien.

Les Italiens appellent l'Obſidiane *Pâte antique.* Il s'en trouve pluſieurs dans les Cabinets des Curieux; du nombre deſquelles nous en raportons deux ici avec les Noms des Graveurs, ſavoir, celui d'*Oneſe*, qui a gravé la *Muſe*, & celui de *Pergame*, qui a gravé le *Bacchant.* Cependant on a trouvé de nôtre tems une maniere encore plus parfaite de mouler les Pierres avec une Pâte de Verre tranſparente, & plus belle que les Anciennes, auxquelles elles ne cedent qu'en dureté; & c'eſt M. le Duc D'ORLEANS qui a trouvé ce beau ſecret. Mais je parlerai plus au long de ces Pâtes de Verre dans un autre Ouvrage que je medite ſur ce ſujet.

Pour revenir aux Pierres qui ſervoient de Cachet ou d'ornement, elles repreſentoient des figures de Dieux ou de Heros, des Têtes de Philoſophes, ou d'autres Sujets tels que chacun les vouloit, & qu'on les voit au long dans Leonard Auguſtin (*a*) Comme parmi ces Pierres, j'en ai remarqué pluſieurs qui repreſentent des Statuës de Marbre des plus excellens Ouvriers, qu'on y a gravées en petit, avec autant de hardieſſe que de correction dans le deſſein, il ne ſera pas hors de propos d'en indiquer ici quelques-unes. Praxitele, Statuaire très-celebre, a fait une Statuë d'Airain, repreſentant un jeune Homme, *qui, une flêche à la main, pourſuit de près un Lezard qui ſerpente.* Cette Statuë, qui étoit appelée *Saurocłonon*, au raport de Pline (*b*), & dont Martial (*c*) fait auſſi mention, s'eſt malheureuſement perduë; mais la figure s'en eſt conſervée ſur une Emeraude du Cabinet de M. van-der Marck, à Haerlem. La Statuë de Meleagre, qui ſe voit à Rome dans le Palais du Comte Pichini, eſt gravée ſur un Onyx que j'ai entre les mains; comme celle de Laocoon, qui eſt au Vatican, eſt gravée ſur une Pierre du Cabinet du Roi de France, & ſur une autre qui a autrefois apartenu au celebre François Ficoroni, Antiquaire Romain. La Venus de Medicis, & la Dircé du Palais Farneſe ſont auſſi gravées ſur pluſieurs Pierres que j'ai vuës, pour ne rien dire d'une infinité d'autres qu'il ſeroit trop long de raporter ici.

(*a*) Préf. de ſes Pierres Antiq. Part. 1. pag. 2. de l'Edit. de Gronov.

(*b*) Liv. 34. c. 8. p. m. 350.

(*c*) Liv. 14. Epigr. 172.

* * * * * *

Pour

Ad explicanda autem gemmarum, quas exhibemus, argumenta, addidimus commentaria, ſed non ea eruditione ac eloquentia referta, quæ in hujusmodi ſcriptis requiri nunc ſolent, quod aperte fatemur, ſublevarique benigne imbecillitatem noſtram ab his, qui legent, expoſcimus, dum præter ingenii mediocritatem aliud etiam incommodum nobis acceſſerit, quod pleraque raptim, atque iter agentes, in pugillaribus ſubinde conſcripſerimus; monitos inſuper eosdem velim, ſi in aliquibus inluſtrandis ab Auctoribus, qui ante nos de eadem re diſſeruere, diſſenſerimus, non contendendi ſtudio hoc feciſſe nos putent, ſed ut ea, quæ conjectura aſſecuti fueramus, plane diceremus, parati alioqui ſententiam noſtram retractare, ſi veriores conjecturæ proferantur. Ceterum eas, quas vulgavimus, gemmas, ſi quid longo uſu in hoc ſtudio exercitatis credendum, antiquas eſſe non dubitamus, titulosque ab iisdem artificibus, qui ipſas inſculpſerunt, additos, cum quod olim de ſignis ac toreumatibus dixerat Phædrus (a):

(a) Fab. l. 5. Fab. 1.

Ut quidam artifices noſtro faciunt ſeculo,
Qui pretium operibus majus inveniunt, novo
Si marmori adſcripſerunt Praxitelem, ſuo
Detrito Myronem argento.

Ita noſtro ævo male feriati quidam homines veteribus gemmis Antiquorum Scalptorum nomina incidi fecere, ut carius eas venderent, multasque ita fucatas, uti ſuſpicabamur, libentes omiſimus; ſatius enim duximus, pauciores, ſed vere antiquas, proferre, quam plures, de quibus tamen controverſia oriri poſſet, pro ſinceris obtrudere. Vale.

Pour expliquer les Sujets repreſentez ſur les Pierres de ce Recueil, j'y ai joint un petit Commentaire, qui n'eſt pas, à la verité, rempli d'autant d'éloquence & d'érudition, qu'on en demande à préſent dans ces ſortes de matieres. Mais c'eſt ce que j'avouë ſans peine, & ſurquoi je conviens que j'ai beſoin de l'indulgence des Lecteurs; d'autant plus, qu'aiant été obligé de raſſembler preſque tout ceci à la hâte, &, pour ainſi dire, chemin faiſant, je n'ai pu former ce Recueil que de ce que j'avois écrit ſur mes Tablettes. Une autre choſe ſur laquelle je ſuis bien aiſe de prévenir le Lecteur, c'eſt que ſi, dans les Explications que je donne ici, je me ſuis éloigné en quelques endroits du ſentiment de ceux qui ont traité ces matieres avant moi, je ne l'ai point fait par un eſprit de contention, mais uniquement pour propoſer mes Conjectures: déclarant que je ſuis tout prêt de me retracter, dès que quelcun en aura produit de plus vraiſemblables. Au reſte, s'il en faut croire les Connoiſſeurs, qu'un long uſage a rendu habiles dans ces ſortes de choſes, je ne doute point que les Pierres que je donne ici ne ſoient de véritables Antiques, & que les Inſcriptions qu'on y lit n'y aient été miſes par ceux même qui les ont gravées; Car nous voyons encore tous les jours ce que Phedre (*a*) diſoit des Statuës & des Vaſes * precieux de ſon tems: (*a*) Liv. 5. Fab. 1.

Il eſt des Ouvriers dans le tems où nous ſommes,
Qui voulant d'un Ouvrage augmenter le renom,
Y mettent des Noms de grands Hommes,
Celui de Praxitele, ou celui de Myron.

De même il y a eu dans ce ſiécle des gens desœuvrez, leſquels abuſant de leur loiſir pour tromper les autres, ont fait mettre des Noms d'anciens Graveurs ſur certaines Pierres Antiques, afin de les vendre plus cher. J'ai trouvé pluſieurs de ces Pierres ainſi fardées, ou du moins que j'ai cru telles, & que je ne me ſuis pas mis en peine de recueillir par cette raiſon. J'ai beaucoup mieux aimé n'en donner que peu de véritables Antiques, que d'en hazarder un plus grand nombre de douteuſes, ſur leſquelles il y auroit eu matiere de diſpute.

* Le mot Grec ſignifie proprement *Vaſes fait au tour*.

I.

HERCULES BIBAX. ADMONIS OPUS,

Sardæ, vulgo Carneolæ, inciſum ex Dactyliotheca Vitelleſchi-Veroſpiana Romæ.

Quo tempore vixerit Admon, *gemmæ hujus Scalptor, ignotum eſt, cum nullus antiquiorum Scriptorum ejusdem mentionem fecerit; apparet tamen ex oblique delineandi imaginem ſcalpendique modo, eum fuiſſe ex vetuſtioribus, & Ægyptiacos artifices ſecutum eſſe, quorum mos fuit, ita in toreumatibus hominum figuras exprimere, ut cernere eſt in Baſi Ægyptiaca in Hortis Mediceis Romæ. Nec ſolus* Admon, *ſed & primi Græci artifices morem illum imitati ſunt; extat enim, ut alia omittamus, apud Eminentiſſimum Principem Alexandrum Cardinalem Albanum, literarum literatorumque Patronum eximium, anaglyphum opus in marmore,* Callimachi *Scalptoris nomen præ ſe ferens, in quo imagines omnes oblique expreſſæ ſunt, cujus ectypon vide apud M. Fontaninum in Antiquitat. Hort.*

Hercules virilis jam ætatis, ac ad ſenium vergentis, athletico corpore, leonina pelle ad collum alligata, & è tergo dependente, ſiniſtra manu erectam clavam tenet, dexteraque ſcyphum, quem ori admovet.

Vinoſum adeo ac bibacem Herculem fuiſſe, veteres prodidere, ut ad compotationem à Lepreo inſigni gurgite provocatus, ipſum longe ſuperaverit, hinc Athenæus dicit (a): Herculem à Lepreo ad compotationem, uter plus biberet, provocatum, Herculique parem non fuiſſe Lepreum aiunt. *In Herculem ebrium elegans compoſitum eſt Epigramma Græcum* (b). *Portento autem ſimilia ſunt ea, quæ veteres commenti ſunt de ejusdem poculo, in quo veluti navigio quodam mari ſe commiſerit, ut ex Piſandro tradit Athenæus* (c); *propterea ſcyphos grandiores Herculeos vocarunt, & Scalptores Heroem hunc poculum geſtantem finxerunt, ut in noſtra gemma videre eſt, & in ſimulacro apud Cauſſeum in ſuo muſeo Romano* (d), *de qua re Macrobius* (e): Scyphus Herculis poculus eſt, ita, ut Liberi patris cantharus. Herculem vero fictores non ſine cauſa cum poculo fecerunt, & nonnunquam caſabundum & ebrium, non ſolum, quod is Heros bibax fuiſſe perhibetur, ſed etiam quod antiqua Hiſtoria eſt, Herculem poculo, tanquam navigio, ventis immenſa maria trajeciſſe.

(a) Lib. 10. pag. 412.

(b) Anthologiæ Lib. 4. pag. 449. Edit. Vechel.

(c) Lib. 11. pag. 469.

(d) Sect. 2. Imag. 31. p. 54.

(e) Saturnal. lib. 1. c. 21.

II.

(a) Καὶ εἰς πολυποσίαν φεσὶ τὸν Ἡρακλέα παροξυνθῆναι ὑπὸ τ Λεπρέως, ἢ πάλιν νικηθῆναι.



HERCVLES · BIBAX ·

ADMONIS · OPVS

Sardae incisum.

ex Dactyliotheca Vitellerschi Verospiana Romae

B. Picart sculp. 1722.

B. Picart fecit 1713.

I.

HERCULE BUVEUR. OUVRAGE D'ADMON,

Gravé ſur une Cornalline, du Cabinet du Marquis Veroſpi-Vitelleski, à Rome.

B. P. f.

(a) Lib. 29. cap. 4. p. m. 335. *que Æſculapio ſacros, ut innuit Plinius (a). Ipſi quoque Minervæ angues dicati erant juxta Phurnutum (b);* Serpentes vero & noctua propter ſimilitudinem ocu-
(b) De Natur. Deor. ex recenſ. Th. Gale p. 186. lorum (*Minervæ*) conſecrati ſunt. *Eminet ſphinx in galeæ cono, quia in Ægypto eadem Minerva, ac Iſis, cui ſphinges ſacræ erant, & in Minervæ ſigno, ex ebore & auro Athenis erecto, quod deſcribit Pauſanias (c),* medio ipſius galeæ ſuper-
(c) Lib. 1. pag. 43. impoſita *fuit* ſphingis imago.

Pergaſum è Meduſæ ſanguine ortum veteres ſcripſere, hunc autem, à ſe domitum,
(d) Lib. 2. pag. 91. *Minervam Bellerophonti tradidiſſe, ſcribit idem Pauſanias (d), loquens de fano Deæ, Frænatricis nomine appellatæ:* Minervam enim aiunt præ ceteris Diis Bellero-
phonti opitulatam, tum vero à ſe domitum, fræno jam impoſito, Pegaſum de-
(e) In Oedipo Coloneo verſ. 1063. diſſe. *Sophocles (e)* ἱππίαν Ἀθηνᾶν equeſtrem Minervam *vocat, & Phurnutus (f)*
(f) De Nat. Deor. p. 53. δάμιππον equorum domatricem, *quod prima equos currui junxerit, ac quadriga-*
(g) De Nat. Deor. lib. 3. p. m. 148. *rum inventrix habita, affirmante idem Cicerone (g). Hinc præter Pegaſum plures additi in caſſide equi alati, propter curſus velocitatem. Simili fere caſſidis ornamento eſt alia Minervæ ſalutiferæ imago, ſerpente involuta, cui pateram præbet, anaglypho opere inſcalpta veteri marmoreo candelabro in ædibus Barberinianis, aliudque ejusdem numinis æreum ſimulacrum, olim in theſauro Reginæ Chriſtinæ, jam in muſeo PP.*
(h) Muſ. Rom. Sect. 2. pag. 39. *Carthuſianorum Romæ aſſervatur, cujus ectypon vulgavit Cauſeus (h).*

Quid ſi hanc imaginem Pantheam eſſe dicamus, præcipue Minervæ dicatam? Plura enim ſymbola in ea videmus, aliis Diis communia, gemmeum ſcilicet uvæ bothrum ad inauris uſum, Baccho ſacrum, aureas gemmatasque glandes quernæ arboris, Jovi dicatas, in monili, & ſerpentes, qui ad Æſculapium pertinent.

XIV.

JUPITER,

ASPASII OPUS,

In Jaſpide rubro inciſum.

Ex Theſauro Mediceo, Florentiæ.

ALterum Aſpaſii opus protome Jovis eſt, tunicato pectore & quercea corona ornati, gemmæ tamen pars ſuperior temporis injuria periit, ſed altera ſimili gemma, non tamen ſcalptoris nomine inſignita, jactura reparata eſt.

XV.

(a) Οἱ μὲν δράκοντες, καὶ ἡ γλαὺξ ἀφ' ὧν τὸ ἐμφορὲς τῶν ὀμμάτων (Ἀθηνᾶς) ἀναπίθενται.

(c) Μέσῳ μὲν ἔνι ἔπικειται ἡ τῷ κράνει σφίγξ εἰκών.

(d) Ἀθηναίαν μὲν δὴ θεῶν μάλιστα σπουδάσαντες τότε ἄλλοι Βελλεροφόντῃ φασὶ καὶ ἀπὸ τοῦ Πήγασον οἱ ἵππον δοῦναι χειρόσαμβόν τε, καὶ ἐνθεῖναι αὐτὴ τῷ ἵππῳ χαλινόν.

Pars que desidera-tur. Gemmæ magni-tudo.

IVPITER·
ASPASII· OPVS
In Jaspide Rubro incisum.
Ex Thesauro Mediceo Florentiæ.

Hieronymus Odam Eques Romanus delineavit. *B. Picart sculp. 1723.*

glaçoit les hommes d'horreur & les transformoit en Pierres, errant le long de l'Egide, & par conſequent incapables de nuire, & marquant au contraire la ſanté, en quoi ils étoient conſacrez à l'Eſculape, comme Pline le fait entendre (*a*). *Les Serpens*, au témoignage de Phornutus (*b*), *étoient auſſi conſacrez à Minerve, de même que le Hibou, à cauſe de la reſſemblance de leurs yeux.* Le Sphinx occupe le haut du Caſque, parce qu'en Egypte Minerve eſt la même choſe qu'Iſis, à qui le Sphinx eſt conſacré, & que dans la Statuë de Minerve d'Yvoire & d'Or érigée à Athenes & décrite par Pauſanias (*c*) il y a auſſi un Sphinx au milieu de ſon Caſque.

(a) Liv. 29. ch. 4. p. 5. 231.
(b) De la Nature des Dieux de la reviſion de Th. Gale pag. 51.
(c) Liv. 1. p. 43.

A l'égard du Pegaſe, les Anciens ont écrit que ce Cheval étoit né du ſang de Meduſe, & que Minerve l'aiant dompté le donna à Bellerophon. C'eſt ce que dit encore Pauſanias (*d*) en parlant du Temple de la Déeſſe appelée *Frœnatrix*, c'eſt-à-dire, *qui met un frein;* Voici ſes paroles: *On prétend que Minerve eſt celle de toutes les Divinitez qui a le plus favoriſé Bellerophon: en ſorte qu'aiant dompté Pegaſe, & lui aiant mis un frein, elle le donna à ce Heros.* Sophocle (*e*) appelle cette Déeſſe, *Minerve ou l'Ecuyere*, & Phornutus (*f*), *la Dompteuſe de chevaux*, parce qu'elle eſt la premiere qui les ait attelez à un Chariot, & qui ait inventé l'uſage de les mettre quatre de front, comme le dit auſſi Ciceron (*g*). De là vient qu'outre le Cheval Pegaſe, on a ajouté à ſon Caſque pluſieurs autres Chevaux à qui on a donné des aîles pour marque de leur vîteſſe. On voit une autre figure de la *Minerve Salutaire* ou *Secourable*, avec un habillement de tête preſque ſemblable, le corps entouré d'un ſerpent à qui elle preſente une Coupe, travaillée en relief ſur un ancien Chandelier de Marbre dans le Palais Barberini. On a auſſi une Statuë d'Airain de la même Déeſſe, qui étoit autrefois dans le Treſor de la Reine Chriſtine, & qui eſt à préſent dans le Cabinet des Chartreux à Rome. M. de la Chauſſe en a donné la figure dans ſon Cabinet Romain (*h*).

(d) Liv. 2. p. 91.
(e) In Oedip. Colon. Verſ. 1063.
(f) De la Nat. des Dieux p. 53.
(g) De la Nat. des Dieux L. 3. p. m. 148.
(h) Sect. 2. pag. 39.

Quel inconvenient y auroit-il d'appeler cette Image une Panthée, conſacrée particuliérement à Minerve, puiſque nous y voyons pluſieurs Symboles communs aux autres Divinitez? Telle eſt la grape de raiſin de ſa Boucle d'Oreille, qui eſt conſacrée à Bacchus: tels les glands d'Or & de Pierres précieuſes de ſon Colier qui ſont les fruits d'un arbre conſacré à Jupiter, & tels enfin ſont ſes ſerpens, Symboles de la ſanté, qui apartiennent à Eſculape.

XIV.

JUPITER,
OUVRAGE D'ASPASE,

Gravé ſur une Pierre de Jaſpe rouge.

Du Tréſor de Medicis, à Florence.

VOici un autre Ouvrage d'Aſpaſe, qui eſt une figure de Jupiter en profil, la poitrine couverte d'une Tunique, avec une Couronne de Chêne ſur la tête. La partie ſuperieure de cette Pierre a été perduë par l'injure des tems; mais nous avons reparé cette perte par le moyen d'une autre Pierre ſemblable à laquelle il ne manque que le Nom de l'Ouvrier.

XV.

EQUES GRÆCUS,

AULI OPUS,

Sardæ, vulgo Carneolæ, inciſum.

Ex Theſauro Magni Ducis Etruriæ.

VEterem gemmam, cui inſculptus erat Cupido, papilionem trunco arboris ſuffigens, cum Græca inſcriptione ΑΥΛΟΣ *obſervavit Faber (a), putavitque ad Brutum olim pertinuiſſe, qui & Aulus Poſtumius dictus fuit, ipſumque nomen ſuum inſcribi curaſſe: ſed profecto ex hac & ſequentibus gemmis ſatis jam apparet, Aulum hunc ſcalptorem fuiſſe.*

(a) In Comment. ad Ill. Imag. Urſini, p. 67.

Eques, galea tectus, pernici equo citato curſu vehitur, miſſile telum jaculans, ſagulo ſuperindutus, ſcutoque ad ephippiorum latus appenſo, in quo Meduſæ caput inciſum eſt, obſervandaque in hoc mirabilis Artificis diligentia, qui altam nativamque Sardæ rubræ maculam clypeo repræſentando accommodavit. Græcus eſſe ex armatura videtur, quod armorum genus in uſum ſuum transtulere Romani, cum tutius ac utilius id obſervaſſent, uti ait Polybius (b): Quare (*Romani*), cum magiſtrâ experientiâ reprobarent (*ſuum armaturæ genus*), Græcanicam armorum ſtructuram ſuæ loco facile uſurparunt. *Romanos equites, Græco more armatos, affabre deſcribit Joſephus (c):* Equitibus gladius eſt ad dexteram oblongus, & contus item longus in manu, ſcutum ad latus equi transverſum, & in pharetra portantur tria aut plura jacula, cuſpide lata, & haſtis magnitudine non cedentia, galeas & loricas peditibus ſimiles omnes habent.

(b) Hiſt. Lib. 6. p. 471. ex recenſ. Caſauboni.

(c) De Bell. Judaico Lib. 3. pag. 836. ex recenſ. Galenii.

XVI.

QUADRIGA,

AULI OPUS,

Sardæ, vulgo Carneolæ, inciſum.

Ex Dactyliotheca Bar. de Morpeth, Angliæ Paris.

QUatuor equos currui junctos, ad curſum incitatos, agitator ſeminudus à ſiniſtra ad dexteram in gyrum flectere videtur, uti mos erat, in Græciæ ludis Romanisque Circis, quadrigis curſu certare.

Plures inſignes ſculptores ac ſtatuarios, quadrigis inſculpendis operam ſuam contuliſſe, auctor eſt Plinius (a): Calamis quadrigas bigasque fecit, equis ſemper ſine æmulo expreſſis — Cujus quadrigæ (*Praxitelis*) aurigam ſuum compoſuit, ne melior in equorum effigie, in homine defeciſſe videretur, Policletis diſcipulus Ariſtides quadrigas bigasque fecit — Dædalus inter fictores laudatus fecit & quadrigas bigasque — Phiromachi quadriga regitur ab Alcibiade.

(a) Hiſt. Nat. Lib. 34. c. 8. p. m. 379.

XVII.

(b) Διόπερ ἀδόκιμον ὧν χρείας ἔσης ταχέως μετέλαβον τὴν Ἑλληνικὴν κατασκευὴν τῶν ὅπλων.

(c) Τοῖς ἱππεῦσιν μάχαιρα μὲν ἐκ δεξιᾶς μακρὰ, καὶ κόντος ὑπτιάσης ἐν χειρὶ, θυρεὸς δὲ καὶ πλευρὰν ἵππου πλάγιον, καὶ τῆ γαυρητῆ παρήρτηνται τρεῖς ἢ πλείους ἄκοντες, πλατεῖς μὲν αἰχμὰς οὐκ ἀσπιδέοντες δὲ δοράτων μέγεθος, κεφὴν δὲ καὶ θώρακες ὁμοίως τοῖς πεζοῖς εἰκασιν.



EQVES · GRAECVS ·

AVLI · OPVS

Sardæ incisum.

Ex Thesauro Magni Ducis Etruriæ.

B. Picart sculp. 1722.



Gemmæ magnit.o

QVADRIGA.

AVLI. OPVS

Sardæ incisum.

Ex Dactyliotheca Bar. de Morpeth Ang. Paris

B. Picart sculp. 1722.

XV.

CAVALIER GREC.

OUVRAGE D'AULUS,

Gravé ſur une Cornalline.

Du Tréſor du Grand Duc de Toſcane.

M. le Fevre (*a*) aiant obſervé une Pierre Antique, ſur laquelle étoit gravé un Cupidon perçant un Papillon contre un Tronc d'Arbre avec cette Inſcription Grecque ΑΥΛΟΣ, a cru qu'elle avoit apartenu à Brutus, qui s'appelloit auſſi *Aulus Poſthumius*, & qu'il y avoit mettre ſon Nom. Mais il paroît aſſez par cette Pierre & par les ſuivantes, qu'*Aulus* étoit le Nom du Graveur.

(*a*) Dans ſon Comment. ſur les Images des Hom. ill. de Fulv. Urſ. p. 67.

Cette figure repreſente un Cavalier, armé d'un Caſque, ſur un cheval très vîte, en action de lancer un Javelot qu'il tient à la main, revêtu d'une ſaye, & aiant un Bouclier attaché à côté de la Selle, ſur lequel eſt gravée une Tête de Meduſe. L'adreſſe admirable du Graveur paroît ſur tout en ce qu'il a fait ſervir à la repréſentation de ce Bouclier une tache blanche & naturelle, qui étoit ſur cette Cornalline rouge. Le Cavalier ſe reconnoît pour Grec à ſon Armure, que les Romains ſe ſont depuis appropriée, l'aiant trouvée plus ſure & plus utile que la leur. C'eſt ce que Polybe (*b*) raporte, lorſqu'il dit *que les Romains aiant reconnu par l'experience l'incommodité de leurs armes, s'étoient determinez ſans peine à ſe ſervir de celles des Grecs.* Cette Armure à la Grecque, dont ſe ſervoient les Cavaliers Romains, eſt parfaitement bien décrite par Joſephe (*c*), en ces termes: *Ils ont*, dit-il, *une longue Epée penduë au côté droit, & un long Epieu à la main, avec un Bouclier à côté du cheval. Ils portent un Carquois garni de trois ou d'un plus grand nombre de Dards à large pointe & non moins grands que des Piques, & ils ont tous des Caſques & des Cuiraſſes ſemblables à celles des gens de pié.*

(*b*) Hiſt. Liv. 6. p. 471. de la Reviſ. de Caſaub.

(*c*) De la Guerre des Juifs Liv 3. p. 836. de la Reviſion de Galenius.

XVI.

QUADRIGE.

OUVRAGE D'AULUS,

Gravé ſur une Cornalline.

Du Cabinet du Baron de Morpeth, Pair d'Angleterre.

ON voit ici quatre Chevaux de front attelez à un Chariot, & conduits par un Homme à demi-nud, qui ſemble les faire tourner de gauche à droit, ſelon la coûtume qui ſe pratiquoit parmi les Grecs dans les Jeux publics, & parmi les Romains dans les Cirques, où l'on diſputoit le prix par la courſe des Chevaux.

Pline (*a*) raporte que pluſieurs Sculpteurs & Statuaires celebres ſe ſont apliquez à repreſenter de ces Chariots à 4. Chevaux de front. *Calmis*, dit-il, *a fait des Chariots à quatre & à deux Chevaux, dont les Chevaux étoient toujours repreſentez ſans émule. Il a fait ſon Cocher ſur le modele de celui de Praxitele conduiſant quatre Chevaux, de peur qu'étant plus habile à repreſenter des Chevaux, il ne parût degenerer dans la repreſentation de l'Homme. Ariſtides Diſciple de Policletes a auſſi fait des Chariots à quatre & à deux Chevaux. Le Char de Phiromaque à quatre Chevaux de front eſt conduit par Alcibiade.*

(*a*) Hiſt. Nat. Liv. 34. ch. 8. p. m. 379.

XVII.

DIANA,

AULI OPUS,

Sardæ, vulgo Carneolæ, inciſum.

Ex Dactyliotheca Ludovici Boncomp. Romæ.

FOemina, vultu oblique inſculpto, vittâ religatis capillis, ſiniſtram pectoris partem nudam habet, turgida mamma, dextera vero pellita veſte tegitur depreſſiori, ut videatur mamilla.

Si hæc revera Dianæ imago, mammoſa plus, quam virginem deceat, illa forſan eſt, quam παιδοτρόφον puerorum nutricem *Græci vocavere, affirmante Pauſania (a), delubrum ei dicatum fuiſſe in urbe Bœotiæ Coronea.*

(a) Lib. 4. pag. 281.

XVIII.

ÆSCULAPIUS,

AULI OPUS,

Sardæ, vulgo Carneolæ, inciſum.

Ex Dactyliotheca Strozziana, Romæ.

HIc Æſculapii vultus, promiſſa criſpaque barba venerandus, optime convenit cum altero ejusdem numinis ſimulacro, quod deſcribit Calliſtratus (a): Non enim aſcititio decore ornatus eſt, ſed medicum & gratioſum flectit oculum, ſummaque ac ineffabilis majeſtas, verecundia temperata, ſublucet, cinnorum autem volumina gratiis ſcatentia.

(a) Statuar. No. X. pag. 902. ex recenſ. Olearii.

Viſitur ad latus baculus, quem circumvolvit ſerpens ei dicatus, hunc enim in Glauci, Minoos filii, curatione ei apparuiſſe auctor eſt Hyginus (b).

(b) Poëtic. Aſtronom. p. 56. Edit. Pariſ. 1578.

XIX.

(a) Οὐ γὰρ εἰς κάλλος ἠλίθιον ἐκκυμαίνεται, ἀλλὰ παιδίου ἢ ἴλεων ἀνακωχὴν ὄμμα, βαθὺ ἄφοβον ὑπερφαίνει στυγνότητος αἰδοῖ μιγείσης, πλοκάμων ἢ ἕλικες ῥεμβοί.



DIANA·

AVLI· OPVS

Sardæ incisum.

Ex Dactyl. Ludovici · Bonconp. Romae.

Hieronymus Odam Eques Romanus delineavit. *B. Picart sculp. 1723.*



AESCVLAPIVS.

AVLI. OPVS

Sardæ incisum.

Ex Dactyliotheca Strozziana Romæ.

B. Picart sculp. 1722.

XVII.

DIANE.

OUVRAGE D'AULUS,

Gravé ſur une Cornalline.

Du Cabinet de la Princeſſe Douairiere de Piombino Ludoviſi, autrefois apartenant à la Maiſon Buoncompagni.

C'Eſt une Tête de Femme en profil, aiant les cheveux nouez d'un ruban, le côté droit de la Poitrine nud, avec une mamelle enflée, & le côté gauche couvert d'une fourure & fuyant, ce qui fait paroître l'autre mamelle moins groſſe.

Si c'eſt là une image de Diane repreſentée avec des mamelles plus groſſes qu'il ne convient à une Vierge, il faut que ce ſoit celle que les Grecs ont appelée *Nourice*, & à qui Pauſanias (*a*) raporte qu'on avoit conſacré un Temple dans une Ville de Beotie nommée Coronée.

(a) Liv. 4. p. 281.

XVIII.

ESCULAPE.

OUVRAGE D'AULUS,

Gravé ſur une Cornalline.

Du Cabinet de Strozzi, à Rome.

CEtte Tête venerable à longue Barbe friſée reſſemble parfaitement à une autre Statuë d'Eſculape que Calliſtrate (*a*) décrit en ces termes : *On n'y voit point d'ornement étranger, mais un coup d'œil gracieux & tel qu'il convient à un Medecin. La Majeſté inexprimable de ſon Viſage eſt temperée par une douce modeſtie; & ſes friſures naturelles ne lui donnent que plus de grace.*

(a) Stat. N. X. p. 902. de la reviſ. d'Olear.

On voit à côté de lui un Bâton entortillé d'un Serpent, qui étoit conſacré à ce Dieu; car Hyginus (*b*) raporte qu'il lui apparut ainſi dans la gueriſon de Glaucus, fils de Minos.

(b) Poët. Aſtron. pag. 56. Edit. de Paris 1578.

XIX.

PTOLEMÆUS PHILOPATOR,

AULI OPUS,

Gemmæ inciſum.

Ex Muſ. Stoſchiani Eclypis.

PTolemæi Philopatoris, Ægypti Regis, imago, quam refert Vaillantius (a) *ex nummo argenteo tetradracemali Regis Chriſtianiſſimi, noſtræ ſimillima eſt, caput habet diademate ornatum, vultuque eſt naturali habitu elato, quod magnam animi præſtantiam indicare ſcribunt Phyſiognomi, verum in hoc Rege fallacis artis indicium neutiquam verum fuiſſe conſtitit, ſocors enim ac vino ſcortisque demerſus, poſt Ptolemæi patris obitum Olympiade* 140, *quem veneno ſuſtuliſſe ſuſpicio fuit, improbis hominibus regnum adminiſtrandum tradidit, & tamen vecors hic Princeps felici prœlio ad Raphiam de Cœleſyriæ dominatu cum Antiocho, Syriæ Rege, decertavit ac vicit.*

(a) Hiſt. Ptolemæor. pag. 54.

Poſt inciſum gemmæ ab Aulo Ptolemæi caput, non ea, (ut verum fateamur,) artis præſtantia, quam in Æſculapii ac Dianæ imaginibus oſtenderat, forſan, quia Regis vultum, ab Ægyptio alio artifice delineatum, anxius imitandum ſuſceperit, putandum eſt, inſculptum fuiſſe ab Ægyptio alio artifice, barbare vitulum ſub Regis mento veluti inrepentem, & ad occiput, hominis ventroſi, ac baculum, cui innititur, geſtantis, effigiem, juſſu gemmæ poſſeſſoris, uniius forſan ex Ægyptiorum ſacerdotum adjutoribus, de quibus Kircherus (b), *ut indicaret Apim, à ſe una cum aliis inventum, Ptolemæo illo regnante, cunctis poſt luctum in lætitiam effuſis, de qua re audiendus Plinius* (c): Bos & in Ægypto etiam numinis vice colitur, Apim vocant, inſigne ei, in dextero latere candicans macula, cornibus lunæ, creſcere incipientis, nodus ſub lingua, quem cantharum appellant, non eſt fas, eum certos vitæ excedere annos, merſumque in ſacerdotum fronte enecant, quæſituri luctu alium, quem ſubſtituant, & donec invenerint, mœrent, deraſis etiam capitibus.

(b) Tom. 1. Oedipi Ægypt. Synt. 3. p. 200.

(c) Lib. 8. c. 46. p. m. 91.

XX.

FAUNUS BACCHANS,

AXEOCHI OPUS,

Gemmæ inciſum.

Ex Muſei Strozziani Eclypis, Romæ.

FAunus nudus, pantheræ pelle capite tergoque indutus, lyram pulſat, puer pinguiori corporis habitu, qui Bacchus eſſe videtur, ſiniſtra manu thyrſum tenens, dexteram protendit, lyram veluti expoſcens, & baſi inſiſtit. Inter utrumque lunæ dimidiatæ imago apparet.

Faunos



PTOLEMÆVS· PHILOPATOR·

AVLI· OPVS

Gemmæ incisum.

Ex Mus. Stoschiani ectypis.

B. Picart sculp. 1722.



FAVNVS·BACCHANS·

AXEOCHI· OPVS

Gemmae incisum.

Ex Musei Strozziani Ectypis Romae.

B. Picart' sculp. 1723.

XIX.

PTOLEMEE PHILOPATOR.

OUVRAGE D'AULUS,

Pierre Gravée.

Du Cabinet de Philippe de Stoſch.

L'Image de Ptolemée Philopator, Roi d'Egypte, (*a*) que M. Vaillant a donnée d'après une Medaille d'Argent de trois Drachmes, tirée du Cabinet du Roi T. C., eſt tout à fait ſemblable à la nôtre. C'eſt une Tête ceinte d'un Diademe aiant le viſage naturellement élevé: ce que les Phyſionomiſtes diſent être la marque d'une grande Ame. Mais ce que nous ſavons de ce Prince montre le peu de fonds qu'on doit faire ſur les régles de cet Art; puiſque c'étoit un homme ſans cœur, adonné au vin & à toute ſorte de debauches infames, qui, après la mort de ſon Pere, qu'on le ſoupçonne d'avoir empoiſonné vers le tems de 140. Olympiade, donna le Gouvernement de ſon Royaume à des Hommes perdus. Cependant ce Prince; tout lâche qu'il étoit, ne laiſſa pas de gagner une Bataille celebre à Raphia contre Antiochus Roi de Syrie, pour le domaine de la Cele-Syrie.

(*a*) Hiſt. des Ptolem. p. 54.

Il faut avouer que cette Tête n'eſt pas gravée avec autant d'art, qu'Aulus en avoit fait paroître dans celles d'Eſculape & de Diane; ce qui vient peut-être de ce que l'aiant trouvée deſſinée par quelque autre Ouvrier Egyptien, il a voulu l'imiter trop ſcrupuleuſement. Quoi-qu'il en ſoit, il y a aparence qu'après qu'*Aulus* eut gravé cette Pierre, un autre Egyptien y a ajouté le Veau rampant que l'on voit groſſiérement repreſenté ſous le menton de ce Roi, auſſi bien que la figure d'homme ventru, apuyé ſur un bâton, qui eſt derriere ſa tête: ce qui aura peut-être été fait par ordre du Maître de cette Pierre, l'un de ces Miniſtres des Prêtres Egyptiens dont parle Kircher (*b*), pour marquer qu'il étoit de ceux qui avoient trouvé le Bœuf Apis ſous le Regne de ce Ptolemée, ce qui les avoit comblez du joye. C'eſt ſurquoi il faut entendre Pline (*c*). *Les Egyptiens*, dit-il, *adorent auſſi comme un Dieu un Bœuf nommé Apis; la marque qui le diſtingue eſt une tache blanche ſur le côté, en forme de Croiſſant. Il a un nœud ſous la langue appelé Eſcarbot; il n'eſt pas permis de le laiſſer vivre au dela d'un certain tems. Alors on le fait mourir à la tête de tous les Prêtres aſſemblez, qui en cherchent auſſitôt un autre avec grand deuil, ſe raſant la tête & demeurant plongez dans la triſteſſe, juſqu'à ce qu'ils en aient trouvé un pour le remplacer.*

(*b*) Oedip. Egypt. Tom. 1. Sect. 3. p. 200.

(*c*) Liv. 8. ch. 46. p. m. 91.

XX.

FAUNE EN HUMEUR BACHIQUE.

OUVRAGE D'AXEOCHUS,

Pierre Gravée.

Tiré des Empreintes du Cabinet de Strozzi, à Rome.

CE Faune eſt nud, aiant ſeulement la tête & le dos couverts d'une peau de Panthere, & il jouë de la Lyre. Près de lui ſur un piédeſtal eſt un jeune Garçon, aſſez potelé, qui ne reſſemble pas mal à Bacchus. Il tient un Thyrſe de ſa main gauche, & étend la droite comme pour demander la Lyre. Entre l'un & l'autre, on voit paroître un Croiſſant.

Faunos Sileni, Bacchi nutritii, aſſeclas fuiſſe notum eſt, ac pantheram, vinoſam belluam, cujus pelle tegebantur, Libero Patri ſacram, uti pinus arbor, cujus nux extremæ thyrſi parti alligabatur. Lyram efflagitat Bacchus, eo enim ſono delectabatur, unde Calliſtratus ejusdem numinis ſignum æreum deſcribens (a): Si-
(a) Statuar. N. 80. p. 900. ex recenſ. Olear. ſtebat autem (*Bacchus*) lyram thyrſo innixam habens. *Appoſita vero eſt lunæ imago ad oſtendendum, orgia, ipſi Deo ſacra, noctu celebrari. Virgil.* (b)

(b) Æneid. lib. 4. v. 302.

— — qualis commotis excita ſacris
Thias, ubi audito ſtimulant trieterica Baccho
Orgia, nocturnusque vocat clamare Citheron.

(c) Metam. Lib. 6. Fab. 16. v. 176. *Concinit Ovidius* (c):

Tempus erat, quo ſacra ſolent trieterica Baccho
Sithoniæ celebrare nurus, nox conſcia ſacris,
Nocte ſonat Rhodope tinnitibus æris acuti.

XXI.

GLADIATOR RUDIARIUS,

CÆCÆ OPUS,

Gemmæ inciſum.

Ex Muſei Stoſchiani Eclypis.

JUvenis, cujus nuditatem tegit pallium, ex humero dextero deſcendens, & inde ad brachium item dexterum per corpus reductum, ambabus manibus parazonium tenet, è quo baltheum pendet, illudque inclinato aliquantulum vultu inſpicit.

Inter plures gemmas, quæ hanc eandem imaginem referunt, & hasce admodum antiquas, ut illarum aliquæ ante Polycleti ipſius ætatem ſcalptæ videantur, in hanc unam incidimus, quæ artificis nomine, Cæcæ videlicet, inſcripta ſit, cujus tamen ſcalptoris nemo ex ſcriptoribus mentionem fecit.

(a) Gemmar. Antiq. Part. 1. N. 167. 168. (b) Pag. 66. *Binas ſimiles fere gemmas exhibet Auguſtinus* (a), *putatque* (b) *eſſe gladiatoris meridiani, ſeu potius rudiarii; gladiatores enim, (ut notum eſt), qui animi ſui fortitudinem in theatris populo oſtenderant, eodem ſæpe populo flagitante, rudem accipiebant, quaſi magiſterii aut virtutis ſignum.*

(a) Εἰσήκει γὰρ (ὁ Διόνυσος) τὴν λύσσαν ἐπερείδων τῷ θύρσῳ.

XXII.



GLADIATOR · RVDIARIVS ·

CAECAE · OPVS

Gemmæ incisum.

Ex Musæo Stoschiano Ectypis.

Hieronymus Odam Eques Romanus delineavit.

B. Picart sculp. 1723.

Chacun ſait que les Faunes étoient les Compagnons de Silene, Nouricier de Bacchus, & que la Panthere, dont ils portoient la peau, étoit un Animal adonné au vin, & conſacré par cette raiſon à Bacchus, de même que le Pin, dont on voit une pomme attachée à l'extremité de ſon Thyrſe. Bacchus demande la Lyre, parce qu'il ſe plaiſoit à entendre le ſon de cet Inſtrument: De là vient que Calliſtrate (*a*) décrivant la Statuë d'Airain de ce Dieu, dit, *qu'il portoit ſa Lyre apuyée ſur ſon Thyrſe.* On voit là un Croiſſant, pour marquer que les Orgies ou Bacchanales ſe celebroient ordinairement de nuit. C'eſt ce que dit Virgile (*b*):

(*a*) Stat. n. 80. p. 900. De la Reviſ. d'Olear.

(*b*) Eneïd. Liv. 4. v. 302.

Telle qu'une Bacchante aux jours myſterieux
Qu'elle ſent de ſon Dieu les tranſports furieux,
Qu'elle perce les bois, ou vole par les Plaines,
Aux Nocturnes clameurs des Montagnes Thebaines.

Et Ovide (*c*):

(*c*) Metam. L. 6. Fab. 8. v. 176.

C'étoit au tems fatal que les femmes de Thrace,
Des ombres de la nuit apuyant leur audace,
Celebrent cette Fête où mille cris confus
De trois ans en trois ans font reverer Bacchus.
Cette funeſte nuit commençant à paroître,
La fureur de ce Dieu dans toutes ſemble naître,
Déja le Mont Rhodope & tous les Lieux voiſins
Retentiſſent du bruit des chaudrons, des baſſins.

XXI.

GLADIATEUR RUDIAIRE OU CONGEDIE'.

OUVRAGE DE CÆCAS,

Pierre Gravée.

Tirée des Empreintes de Philippe de Stoſch.

CE jeune Homme eſt couvert d'un Manteau, qui lui tombe de l'Epaule droite ſur le Bras droit, étant relevé autour du Corps. Il tient de ſes deux mains une Epée dans ſon foureau d'où pend le Ceinturon, & la conſidere en penchant un peu la tête.

Entre pluſieurs Pierres, où cette même figure eſt repréſentée, toutes fort anciennes, & dont quelques-unes paroiſſent même gravées dès avant le tems de Polyclete, nous n'avons trouvé que celle-ci qui porte le Nom du Graveur, appelé Cæcas: duquel néanmoins il n'eſt fait aucune mention dans les Auteurs.

On trouve dans le Recueil d'Auguſtin (*a*) deux Pierres preſque ſemblables à celle-ci, que cet Antiquaire croit (*b*) être la Repreſentation d'un Gladiateur Meridien ou plûtot Rudiaire. Car on ſait que les Gladiateurs, qui avoient fait paroître leur courage dans les ſpectacles publics, recevoient la Liberté à la demande du Peuple, en ſigne dequoi on leur donnoit une Baguette non polie, que l'on appeloit *Rudis* par cette raiſon, & qui étoit comme la marque de l'honneur qu'ils avoient acquis par leur bravoure.

(*a*) Pierres Antiq. Part. I. n. 167. 168.

(*b*) Pag. 66.

XXII.

BACCHUS ET ARIADNE,
CARPI OPUS,

In Jaſpide rubro ſcalptum.

Ex Theſauro Magnis Ducis Hetruriæ.

BAcchus, pantheræ inequitans, puellam nudam, ante ſe inſidentem, manu ſiniſtra, qua animal collo alligatum moderatur, ſuſtinet, puellaque illa thyrſum tenet.

Ariadnem, Minois filiam, in littore à Theſeo deſertam, ſuperveniens Bacchus ſolatus eſt, &, ut inquit Heſiodus (a):

(a) In Theogonia. v. 947.

Aureo crine conſpicuus Bacchus Ariadnem,
Filiam Minois, in flore exiſtentem, fecit conjugem.

(b) Icon. Lib. 1. Ic. 15. p. 786. *Panthera animal vini appetentiſſimum eſt, & ut Philoſtratus loquitur (b):* Viciſſim panthera apparens Dei eſt ſymbolum, *& frequenter antiqui Bacchum pantheræ inſidentem, expreſſere, ut in ſigno marmoreo Romæ in palatio Juſtiniano, cujus icon à Blœmartio affabre æri inciſus eſt in libro, cui titulus, Galeria Juſtiniana (c).*

(c) Tom. 1. n. 139.

Scalptor imitandum ſibi propoſuiſſe viſus eſt Soſtratem, quo præceptore ad artem addiſcendam fortaſſe uſus fuit, ſed, longe illo inferior in imaginibus delineandis perpoliendisque, magiſtri peritiam non eſt ſatis aſſecutus.

XXIII.

HERCULES JUVENIS,
CNEII OPUS,

In Saphyro inſcalptum.

Ex Dactyliotheca Strozziana, Romæ.

(a) In Comment. ad Ill. Imag. Urſini Edit. 2. n. 114. p. 65. *VIderat Johannes Faber hanc gemmam, putavitque (a) Græcas literas* ΓΝΑΙΟΣ, *quæ revera artificis nomen referunt, indicare Pompeii M. prænomen, eaque ipſum ſignare ſolitum, vel pro teſſera eandem habuiſſe. Vidimus in Dactyliothecis antiquas gemmas, ſimili nomine inſcriptas, quas conſulto omiſimus, cum pro comperto habeamus, à quibusdam, ut emptoribus fucum facerent, & carius venderent, Græcas literas nuper additas fuiſſe.*

Herculis adoleſcentis obliquum vultum, ſingulari prorſus artificio inſcalptum, cernere eſt, hilari oculo ridentique ore, criſpis capillis, ſed qui una cum venuſtate virilem gratiam & robur quoddam præ ſe ferat, veluti illud Polycleti ſignum Doriphorum *exhibens, de quo Plinius (b):* Viriliter puer *dici poſſit. Clava, qua monſtra perdomiturus erat, appoſita eſt ad latus teretis colli ac ſucculenti, quod formæ auget commendationem, quam corporis partem in Baccho & Honorio Cæſare laudat Claudianus (c):*

(b) Lib. 34. Cap. 8. p. m. 379.

(c) De VI. Conſulatu Honorii v. 562.

Et

(a) Χρυσοκόμης ἧ Διώνυσ@ ξανθῶ Ἀριάδνῳ
Κούρῳ Μίνω@ θαλερῷ ποιήσατ' ἄκοιτιν.
(b) Πάρδαλις ὑπεκφαινομένη αὐτῷ θεῷ σύμβολον.



BACCHVS · ET · ARIADNE ·

CARPI · OPVS

In Jaspide Rubro Scalptam.
Ex Thesauro Magni Ducis Hetruriæ.

B. Picart sculp. 1723.



HERCVLES · IVVENIS ·
CNEII · OPVS
In Saphiro insculptum.
Ex Dactyliotheca Strozziana Romæ.

B. Picart sculp. 1723.

XXII.

BACCHUS ET ARIADNE.

OUVRAGE DE CARPUS,

Gravé ſur une Pierre de Jaſpe rouge.

Du Tréſor du Grand Duc de Toſcane.

BAcchus eſt monté ſur une Panthere, ſoutenant une fille nuë, aſſiſe devant lui ſur le dos de cet Animal, qu'il gouverne par la tête d'une main; cette fille tient un Thyrſe.

On ne peut douter que ce ne ſoit Ariadne, fille de Minos, laquelle aiant été abandonnée par Theſée, fut rencontrée ſur le rivage de la Mer par Bacchus, qui la conſola. C'eſt-à-dire, pour parler avec Heſiode (*a*), *Que lui aiant donné dans la vuë par ſes cheveux couleur d'Or, & charmé lui-même de ſa jeuneſſe, il en fit ſa femme.* (a) Theogon. v. 947.

La Panthere eſt un Animal qui aime fort le vin, &, par cette raiſon, comme dit Philoſtrate (*b*), *elle eſt le Symbole du Dieu de la Treille.* De là vient que les Anciens ont ſouvent repreſenté Bacchus monté ſur une Panthere, comme on le voit à Rome dans une Statuë de marbre qui ſe conſerve au Palais Juſtiniani, & dont Bloemart (*c*) a gravé la figure dans le Livre intitulé: la *Galerie Juſtinienne.* (b) Imag. Liv. 1. fig. 15. p. 786. (c) Tom. 1. n. 139.

Il ſemble que le Graveur s'eſt propoſé d'imiter Soſtrate, qui a peut-être été ſon Maître dans cet Art; mais il eſt fort au deſſous de lui dans le deſſein, & dans la maniere de finir ſes piéces.

XXIII.

HERCULE EN SA JEUNESSE.

OUVRAGE DE CNEIUS,

Gravé ſur un Saphire.

Du Cabinet de Strozzi, à Rome.

M. Jean le Fevre, qui a vu cette Pierre, a cru (*a*) que les Lettres Grecques ΓNAIOΣ, qui ſont veritablement le Nom du Graveur, deſignoient le Nom propre du Grand Pompée, & que cette Pierre lui ſervoit de Cachet, ou que c'étoit la marque à laquelle il ſe faiſoit connoître. Nous avons vu en divers Cabinets des Pierres Antiques qui portent le même nom; mais nous ne nous ſommes pas mis en peine de les recueillir, ſachant bien qu'il y en a pluſieurs où l'on a ajouté ainſi depuis peu des Lettres Grecques pour en impoſer aux Curieux & les leur vendre plus cher. (a) Dans ſon Comment. ſur les Tableaux d'Urſin. 2. Edit. n. 114. p. 65.

On voit ici le viſage d'un Jeune Hercule, gravé de profil avec beaucoup d'Art. Cet œil gay, cet air riant, ces cheveux friſez qu'on y remarque, tout cela joint à une certaine grace naturelle qui ſent déja l'homme fait, montre une force au deſſus de ſon âge, comme dans cette Statuë de Polyclete qui repreſentoit *Doriphore*, & dont Pline (*b*) a dit qu'on pouvoit l'appeler un *Enfant dans l'âge Viril.* Près de lui eſt la Maſſuë dont il devoit dompter les Monſtres, placée à côté d'un Col potelé & bien nourri, ce qui augmente encore la beauté de ſon Viſage. C'eſt cette partie du Corps que Claudien (*c*) a loué en Bacchus & en la perſonne de l'Empereur Honorius, en ces termes: (b) Liv. 34. Ch. 8. p. m. 379. (c) Du VI. Conſulat d'Honor. v. 562.

Et fortes humeros & certatura Liæo
Inter Eritreos, ſurgentia colla, ſmaragdos.

Ageladam, ſculptorem Argivum, ex ære ſimulacrum feciſſe Herculis adoleſcentis, & adhuc imberbis, autor eſt Pauſanias (d): Sunt & alia apud Ægienſes ex ære fabricata ſigna, Jupiter puerili ætate, & Hercules, neque ipſe barbam habens, Ageladæ Argivi opera: *Sic vero verba illa,* ἐδὲ ἐτ῀ ἔχων πωγένειαν, *niſi inſit mendum typographicum, licet* impuber *vertat, qui Pauſaniam Latine loquentem reddidit, à ſenſu Auctoris, ut puto, recedens.*

(d) In Achaicis S. lib. 7. p. 445. Ed. Hannov.

XXIV.

ADONIS,

COINI OPUS,

Onychi inciſum.

Apud Comitem Caïmum, Mediolani.

ADonis, Myrrhæ, in arborem converſæ, filius, abſolutæ pulchritudinis adoleſcens, dignusque, qui à Venere amaretur, ob formam certatim à Poëtis celebratus eſt; pro omnibus audiendus Ovidius (a):

(a) Metam. Lib. 10. Fab. 10.

Laudaret formam livor quoque: qualia namque
Corpora nudorum tabula pinguntur Amorum,
Talis erat. Sed ne faciat diſcrimina cultus
Aut huic adde leves, aut illis deme pharetras.

Hunc inſculpendum Onychi delegit Coinus, inſignis artifex, licet malo ſuo fato à ſcriptoribus prætermiſſus, ideoque, quo tempore vixerit, incertum ſit. Apollonidis tamen diligentiam imitatus videtur, cujus fortaſſe diſcipulus fuit, mirandamque corporis pulchritudinem in tam parva gemma adeo feliciter expreſſit, ut Plinianum illud dici poſſet (b): in arctum coarcta rerum naturæ majeſtas.

(b) In Præm. lib. 37. p. m. 411.

Adoleſcens igitur ea ætate, qua ipſum Adonidem deſcripſit Theocritus (c):

(c) Id. 15. v. 128.

- - - roſeis brachiis Adonis
Octo & decem annos vel novem & decem ſponſus,
Nondum pungit oſculum in roſeis ejus labris.

Corpore nudus eſt, ac ſiniſtro cubito rotundæ baſi innititur, apertaque fere manu inclinatum venabulum ſuſtinet, in hanc partem paululum pectus inflectit, recedentibus iliis, dexterum autem brachium anſatum fulcit inverſa ac curvata manu, applicata prominenti femori, quod ob candorem laudat Bion (d), hinc, ut Philoſtrati verbis utar (e), tibiæ ipſi bene firmæ, & ad ferendum in curſu idoneæ, cominus item initum certamen ſuſtinentes, bonæque in eo cuſtodes: *dextero pedi toto fere corpore incumbit, genuque ſiniſtro leniter deflexo, extremis pedis digitis, elevata planta ſolum calcat, intentis oculis venaticum canem intuetur, qui viciſſim herum ſuum reſpicit, venationis cupidiſſimus adoleſcens, quæ illi tandem exitium attulit.*

(d) In Epitaphio Adonidis v. 6.

(e) Imag. in Meleagro Icon. XV. p. 887. ex recenſ. Olearii.

Obſer-

(c) Ἔστι δ' καὶ ἄλλα Αἰγιεῦσιν ἀγάλματα χαλκᾶ πεποιημένα. Ζεύς τε ἡλικίαν παῖς καὶ Ἡρακλῆς, οὐδὲ οὕτω ἔχων πωγένειον, Ἀγελάδα τέχνη δ' Ἀργείου.

(d) —— ὁ ῥοδόπαχυς Ἀδώνις
Ὀκτὼ καὶ δεκάτης, ἢ ἐννέα καὶ δεχ' ὁ γαμβρὸς,
Οὐ κεντεῖ τὸ φίλαμ'. ἔπι οἱ πελὶ χείλεα πυῤῥά.

(e) Κυήμας δ' αὐτῷ εὐπαγεῖς καὶ ὀρθὰς, φέρειν τε ἔντε ποῖς δρόμοις ἱκανὰς, καὶ ὑφισάμενας τὸν ὦμον χειρὸς ἀγῶνα, φύλακες ἀγαθάι.

Gem.ª mag.ª

ADONIS·
COINI· OPVS
Onychi incisum.
Apud Comitem Caimum Mediolani.

B. Picart sculp. 1713

Ces épaules, ce col, dont la force & la grace
Entre les plus beaux corps n'ont rien qui les surpasse.

Pausanias (*d*) nous aprend qu'Agelade, Sculpteur d'Argos, avoit fait une Statuë d'Airain d'un Jeune Hercule sans barbe. *Il y a*, dit-il, *chez les Egiens d'autres Statuës d'Airain, Ouvrages d'Agelade Sculpteur d'Argos, qui representent les unes Jupiter Enfant, & les autres Hercule sans barbe.* A moins qu'il n'y ait une faute d'impression dans le Passage Grec de Pausanias, celui qui l'a rendu en Latin, & qui a traduit ἄδδε ἔτ@ ἐχων ποτγένεια par *impubere*, s'est eloigné, ce me semble de la pensée de l'Auteur.

(*d*) Dans ses Achaïques, Liv. 7. p. 445. Edit. de Hanover.

XXIV.

ADONIS.

OUVRAGE DE COINUS,

Gravé en Onyx, dit Niccolo.

Apartenant au Comte Caïmo, Noble Milanois.

ADonis, fils de Myrra qui fut changée en Arbre, étoit un jeune homme d'une si parfaite beauté, que Venus ne le crut pas indigne de son Amour, & que tous les Poëtes ont chanté à l'envi ses louanges. Voici entre autres comme en parle Ovide (*a*)

(*a*) Metam. Liv. X. Fab. 10.

Adonis étoit tel que l'Envie elle-même
Eût trouvé dans ses traits une justesse extrême.
Ces Amours qu'à nos yeux exposent les Tableaux,
Qui nous les montrent nuds, sont à peine aussi beaux.
Entre eux & cet Enfant, si pour la ressemblance
On n'y veut laisser voir aucune difference,
Il faut dans le printems qui commence ses jours
Lui donner un Carquois, ou l'ôter aux Amours.

Tel est le sujet que Comus a gravé sur un Onyx, quoique, par une fatalité déplorable, les Ecrivains n'aient rien dit de cet Excellent Ouvrier: ce qui fait qu'on ignore le tems auquel il a vêcu. Il paroît pourtant avoir imité la correction du dessein d'Apollonides, dont peut-être il étoit Disciple; & il a si bien exprimé l'admirable beauté du Corps d'Adonis dans un aussi petit espace que celui de cette Pierre, qu'on peut fort bien lui appliquer cet endroit de Pline (*b*), *Que c'est la belle Nature representée en petit avec tout ce qu'elle a de plus majestueux.*

(*b*) Dans la Pref. du Liv. 37. p. m. 411.

Adonis est ici dans l'âge où le depeint Theocrite (*c*) lorsqu'il dit:

(*c*) Idil. 15. v. 128.

Epoux aux bras vermeils, au tendre & frais corsage,
Dix-huit ou dix-neuf ans faisoient au plus son âge;
Et sa bouche, à cet âge où cesse la pudeur,
D'aucun baiser encor n'avoit cueilli la fleur.

Il est representé nud, apuyé du bras gauche sur une baze ronde, & soutenant de la main, qui est presque ouverte, un Epieu de Chasseur. Il panche un peu la Poitrine du même côté en reculant les flancs; & son bras droit, plié, s'apuye de la main renversée sur sa hanche dont Bion (*d*) louë la blancheur. Voici ce qu'en dit aussi Philostrate (*e*): *Il a les jambes fermes, fort propres pour la course, & pour soutenir de près un combat singulier. Ce sont en lui deux Gardiens bien capables de le defendre.* Tout son Corps porte presque sur le pié droit, son genouil gauche étant un peu plié, aiant la plante du pié élevée, & ne touchant la terre que du bout des doigts. Il a les yeux attachez sur un Chien de Chasse, qui regarde aussi son Maître: ce qui marque la passion de ce jeune Homme pour la Chasse, qui fut enfin la cause de sa perte.

(*d*) Epitaphe d'Adonis v. 6.

(*e*) Dans ses Tableaux, sur Meleagre, Tabl. XV. p. 887. de la Revis. d'Olear.

Observatione dignum est, quod cum veteres scalptores nullam fere proportionem servarent inter homines & animalia, quæ in eodem marmore effingebant, longe hæc enim minora, quam cum proceritate hominum comparata symmetria exigebat, expressere: Coinus tamen & ob hoc etiam laudandus, in gemma justæ hujus proportionis ac congruentiæ habuit rationem, quam etiam ignotus antiqui onycis scalptor, & ipse, ut videtur, ex Apollonidis discipulis unus servavit, Meleagrum pariter cum cane & Dianæ simulacro referentis, quæ gemma in Dactyliotheca nostra servatur.

XXV.

CÆSAR AUGUSTUS,

DIOSCORIDIS OPUS,

Amethysto incisum.

Ex Cimeliarchio March. de Maximis, Romæ.

INter consummatæ perfectionis artifices, qui in sculpendis gemmis inclarucre, memoratur Dioscorides, qui Augusti imaginem gemmæ inciderat, qua ipse Imperator epistolis signandis usus est, ut testatur Plinius (a): Post eum (*Pyrgotelem*) Apollonides & Cronius in gloria fuere, quique Divi Augusti imaginem similem expressit, qua postea Principes signabant, Dioscorides: *Idem fere de Augusto habet Dio* (b), *sed apertius Suetonius* (c): In diplomatibus, libellis & epistolis signandis initio sphinge usus est, mox imagine Alexandri, novissime suâ, Dioscoridis manu sculptâ, qua signare insequuti Principes perseveravere. *In aliquibus hujus Auctoris MSS. Codicibus* Dioscuridis *pro* Dioscoridis, *servata Linguæ Græcæ pronuntiatione, se invenisse scribit Lævinus Torrentius* (d). *Hujus artificis manu est vultus obliquus Augusti adhuc juvenis, amethysto incisus, cum sculptoris nomine, cui subjacet stella. Gemma hæc olim fuerat in Museo Cardinalis de Maximis, viri antiquarum rerum studiosissimi, cui, cum à domestico quodam ministro furto sublata esset, is morti proximus illam restitui curavit Marchioni de Maximis, Cardinalis hæredi, apud quem etiamnum extat: à juvene autem Dioscoride opus hoc elaboratum fuisse videtur, cum ipse ætatem usque ad extremos Augusti annos produxerit, quibus illius imaginem*, qua noviſſime ſignare conſuevit, ſimilem expreſſerit, *ut inquit Plinius, & profecto gemmam annularem, Prasma vulgo dictam, olim apud Petrum Cardinalem Bembum, inde apud Fulvium Ursinum, capitibus Augusti jam senis ac Liviæ insignitam, putavit Joh. Faber* (e) *à Dioscoride insculptam, licet nomen inscriptum non fuerit, imo etiam Tiberio imperante vixisse sculptorem hunc apparet, cum in altera gemma olim apud eundem Ursinum, in qua caput Augusti, jam Diis post mortem adscripti, radiatâ corona ornatum, simili artificio videatur expressum. Quibus etiam addi possent duo Achates notissimi Tiberiani, quorum alter, mole major, in sacello Palatino Divi Ludovici Lutetiis, alter in Caroli Cæsaris Augusti thesauro reperitur Vindobonæ, qui ab Alberto Rubenio delineati, & à J. le Roy, Tristano, Harduino, Lambecio & aliis explicati sunt.*

(a) Lib. 37. c. 1. p. m. 411.

(b) Hist. lib. 51. p. 444. ex recens. Leunclavii.

(c) In Augusto cap. 50.

(d) In Not. ad dictum locum pag. 1362. Edit. Parif. fol.

(e) Ill. Imag. n. 33. p. 22. Comment. 2. Edit.

Stella



Gem.ᵃ
mag.ᵉ

CÆSAR · AVGVSTVS ·

DIOSCORIDIS · OPVS

Amethysto incisum

Ex Cimeliarchio March. de Maximis Romæ

B. Picart sculp. 1722.

Une choſe qui merite d'être remarquée, c'eſt que quoique les Anciens Graveurs ne gardaſſent aucune proportion entre les figures des Hommes & celles des Animaux qu'ils repreſentoient ſur le même marbre, puiſqu'ils faiſoient les unes beaucoup trop petites en comparaiſon des autres: Cependant Coinus a obſervé ce juſte raport dans la Pierre que l'on voit ici, en quoi il eſt très loüable. C'eſt ce qu'a auſſi fait le Graveur inconnu d'un ancien Onyx, que j'ai dans mon Cabinet, lequel repreſente Meleagre avec ſon Chien & le ſimulacre de Diane, & paroît être de la main de quelcun des Diſciples d'Apollonides.

XXV.

CESAR AUGUSTE.

OUVRAGE DE DIOSCORIDE,

Gravé ſur une Amethyſte.

Du Cabinet du Marquis Maſſimi, à Rome.

ENtre les Ouvriers d'une habileté conſommée dans l'art de graver en Pierres, un des plus celebres eſt Dioſcoride, qui avoit gravé l'Effigie d'Auguſte ſur une Pierre qui ſervoit de Cachet à ce Prince, comme Pline (*a*) nous l'aſſure en ces termes: *Après Pyrgotele, les plus celebres ont été Apollonides & Cronius, & enſuite Dioſcoride qui a gravé le Portrait d'Auguſte ſur une Pierre qui a enſuite ſervi de Cachet aux autres Empereurs.* Dion (*b*) dit à peu près la même choſe d'Auguſte; mais Suetone (*c*) en parle encore d'une maniere plus expreſſe. *Au commencement*, dit-il, *cet Empereur ſe ſervoit d'un Sphinx pour ſceller ſes Diplomes, ſes Memoires & ſes Lettres; enſuite il ſe ſervit de l'Image d'Alexandre; & enfin il y employa la ſienne propre, gravée par Dioſcoride, de laquelle les autres Empereurs ont continué de ſe ſervir après lui.* Il y a quelques MSS. de cet Auteur, où, ſuivant le raport de Levinus Torrentius (*d*), on trouve *Dioſcurides* au lieu de *Dioſcorides*, ſelon la véritable prononciation Grecque. Le Portrait d'Auguſte de la main de ce Graveur, que l'on voit ici ſur une Amethyſte, eſt de profil, & repreſente cet Empereur encore jeune. Au deſſous eſt le Nom de l'Ouvrier, avec une étoile. Cette Pierre étoit autrefois dans le Cabinet du Cardinal Maſſimi, Curieux Antiquaire. Mais un de ſes Domeſtiques, qui la lui avoit dérobée, ſe voyant prêt de mourir, la fit rendre au Marquis Maſſimi, Heritier du Cardinal, chez qui elle ſe trouve encore aujourd'hui. Il paroît que Dioſcoride étoit encore jeune lorſqu'il fit cet Ouvrage, puiſqu'il a vêcu juſqu'aux dernieres années d'Auguſte, auquel tems il a fait ſon Portrait qui lui reſſembloit comme dit Pline, & dont cet Empereur s'eſt ſervi pour Cachet dans les derniers tems de ſa vie. C'eſt ce Cachet, qui étoit autrefois chez le Cardinal Bembo, & qui depuis s'eſt trouvé entre les mains de Fulvius Urſinus, portant la tête d'Auguſte déja vieux, & celle de ſa femme Livie, que Jean le Fevre (*e*) croit avoir été gravé par Dioſcoride, quoique ſon Nom n'y ſoit pas. Il paroît même que ce Graveur vivoit encore du tems de Tibere, puiſqu'on a un autre Pierre, qui étoit autrefois chez le même Urſinus, ſur laquelle eſt la Tête d'Auguſte ornée d'une Couronne rayonnante, comme aiant déja été mis au rang des Dieux après ſa mort; & que cet Ouvrage paroît de la même main. On peut encore ajouter à cela deux Agathes de Tibere, fort connuës, dont l'une, qui eſt la plus grande, ſe voit à Paris dans le Tréſor de la ſainte Chapelle; & l'autre à Vienne dans le Tréſor de l'Empereur, leſquelles ont été deſſinées par Albert Rubens, & expliquées par J. le Roi, Triſtan, Hardouïn, Lambecius & quelques autres.

(*a*) Liv. 37. c. 1. p. m. 441.

(*b*) Hiſt. Liv. 51. p. 444. Edit. de Leunclave.

(*c*) Sur Aug. c. 50.

(*d*) Dans ſes Notes ſur cet endroit de Suet. p. 1362. de l'Edit. de Paris. fol.

(*e*) Tabl. des Hommes Illuſt. n. 33. P. 22.2. Edit.

Stella illa, quæ in extremæ gemmæ parte insculpta est, vel indicat Veneris sidus, quod in nummo, in honorem Julii Cæsaris cuso à S. Sepulio Maeio, cernitur apud Tristanum (f), ipse enim familiæ suæ originem à Venere repetebat, unde etiam Augusto, in familiam Juliam adoptato, insigne illud tribuebatur, vel innuit stellam illam, quæ post Cæsaris obitum apparuit, qua significari *vulgus* credidit, Cæsaris animam inter Deorum immortalium numina receptam, *ut loquitur Plinius* (g), *& ad hanc stellam alluſit Auctor incertus epigrammatis Græci* (h):

(f) Comm. Hist. Tom. 1. pag. 23.

(g) Lib. 2. c. 25. p. m. 7.

(h) Anthol. Lib. 5. cum Notis Brodei, p. 524.

Cæsar vero Julius prope lucebat.

XXVI.

AUGUSTUS DIVI FILIUS,

DIOSCORIDIS OPUS,

In Amethysto incisum.

Ex Dactyliotheca Strozziana, Romæ.

AMethysto aque incisus est ab eodem artifice, licet temporis injuria fracto, alter Augusti vultus, sed barbati, qualem nobis exhibet argenteus antiquus nummus, cui epigraphe addita est: Consul iterum & tertium designatus, *quamobrem conjicere licet, secundo ejusdem Principis consulatu gemmam hanc scalptam fuisse.*

Alias vidimus veteres gemmas, quibus Dioscoridis nomen inscriptum erat, sed recentiori manu exaratum, fucumque aperiebat orthographiæ error, cum in hac non ΔΙΟΣΚΟΥΡΙΔΟΥ, *quod in Dioscoridis exploratis operibus, & in MSS. Codicibus alterius Dioscoridis Medici legere est, sed* ΔΙΟΣΚΟΡΙΔΟΥ, *priori litera Υ omissa, præterea internoscere erat quoque ex rudibus quodammodo literarum ductibus, qui elegantissimi in gemmis, à Dioscoride scalptis, apparent, quamobrem illas consulto omisimus.*

XXVII.

MÆCENAS,

DIOSCORIDIS OPUS,

Amethysto incisum.

Ex Thesauro Regis Galliarum.

EA diu apud omnes inolevit opinio, gemmam hanc referre Solonis, unius ex Græciæ sapientibus, ac Athenienſis legislatoris, vultum, ea sola ratione, quia aliæ gemmæ, fere similem imaginem exhibentes, cum Græca inscriptione ΣΟΛΩΝΟΣ *inveniebantur, primamque vulgaverat Fulvius Ursinus* (a), *quique eas Commentariis illustraverat Joh. Faber* (b), *Solonem esse pronuntiavit. Hoc in errorem traxit Bagarrium, Henrici IV. Gal-*

(a) Illust. Imag. n. 135.

(b) Pag. 76.

(h) Καῖτας ἀ' ἰσρὶς ἔλαμπεν Ἰάλυσ.



AVGVSTVS·DIVI·FILIVS·
DIOSCORIDIS·OPVS
In Amethisto incisum.
Ex Dactyliothèca Strozziana Romæ

Hieronymus Odam Romanus Eques delineavit. *B. Picart sculp. 1723.*



Gem.
mag.

MAECENAS.

DIOSCORIDIS. OPVS

Amethysto incisum.

Ex Thesauro Regis Galliarum.

B. Picart sculp. 1721.

L'Etoile qui eſt au bas de cette Pierre ou marque l'Etoile de Vénus, qui ſe voit ſur la Medaille que S. Sepulius Macius a faite en l'honneur de Jules Ceſar, & qui eſt raportée par Triſtan (*f*); car cet Empereur tiroit ſon origine de Venus, ce qui fait qu'aiant été adopté dans la famille Julia, on le diſtinguoit par cette marque. Ou bien cette Etoile eſt un Symbole de celle qu'on prétend qui apparut après la mort de Ceſar, & *que le Peuple crut être l'Ame de ce Prince reçuë au rang des Immortels*, comme dit Pline. (*g*) C'eſt à cette Etoile que fait alluſion l'Auteur incertain d'une Epigramme Grecque (*b*), qui dit:

(*f*) Comm. Hiſt. Tom. 1. p. 23.

(*g*) Liv. 2. c. 25. p. m. 7.

(*b*) Liv. 5. Anthолog. avec les Notes de Brodeus pag. 524.

Jules Ceſar brilloit auprès &c.

XXVI.

AUGUSTE FILS DE JULES CESAR.

OUVRAGE DE DIOSCORIDE,

Gravé ſur une Amethyſte.

Du Cabinet de Strozzi, à Rome.

Elle avoit un Temple en Elide qui lui étoit conſacré ſous le nom de la *Déeſſe des Cerfs.* C'eſt ce que raporte Pauſanias (*c*), en diſant que *les Peuples d'Elide l'appelloient Elaphienne, à cauſe de la Chaſſe aux Cerfs qu'elle aimoit beaucoup.* Les Grecs appeloient *Elaphon* une ſorte de Gâteau qu'on offroit à cette Déeſſe dans une de ſes Fêtes, nommé *Elaphobolienne*, dans laquelle on lui immoloit un Cerf. C'eſt ce que nous aprend Athenée (*d*), qui dit, que cette ſorte de Gâteau, qui ſe cuiſoit aux Fêtes *Elaphoboliennes* étoit compoſé de fine farine, de miel, & d'une eſpece de blé appelé *Seſamum.* Le Mois de Février étoit auſſi appelé *Elaphobolien* par les Atheniens, à cauſe des Cerfs qu'on tuoit en ce Mois-là à l'honneur de cette Déeſſe: ce que Libanius raporte (*e*) en ces termes: *Les Atheniens avoient auſſi conſacré à Diane un Mois de l'année, & c'eſt celui qu'on appelle Elaphobolien.* De la vient que le Cerf lui étoit particuliérement conſacré, & que les Romains avoient coûtume d'attacher le bois de cet Animal dans ſes Temples, excepté celui qu'elle avoit ſur le Mont Aventin, de quoi l'on peut voir la raiſon dans Plutarque (*f*). De là vient auſſi, au raport du même Libanius (*g*), que *chez les Epheſiens il y avoit une Medaille repreſentant une Biche, pour récompenſe des grands Bienfaits de cette Déeſſe;* & que ſur la Medaille Grecque de Tranquilline Femme de l'Empereur Gordien, raportée par Begerus (*h*), *Diane Chaſſereſſe y eſt repreſentée aſſiſe ſur un Cerf.*

(*c*) Liv. 6. p. 511.

(*d*) Liv. 14. p. 646.

(*e*) Tom. 2. de ſes Oeuvr. Or. 32. p. 666. de l'Ed. de Morel.

(*f*) Queſt. Rom. Tom. 2. p. 264.

(*g*) Pag. 666.

(*h*) Tréſor. de Brand. Tom. 3. p. 147.

XXXVII.

HARPOCRATES,

HELLENIS OPUS,

Carneolæ inciſum.

Ex Strozziani Cimeliarchii Ectypis, Romæ.

JUvenis obliquo ſed formoſiſſimo vultu, criſpis ac brevibus capillis, ſiniſtram manum, compreſſis aliis digitis elatoque indice, ori admovet, veluti ſilentium indicturus, à veſte, è tergo per brachia deſcendente, medium pectus involvitur.

Carneolam hanc, ab Hellene inciſam, & ex ectypo exactiſſimo muſei Strozziani modo iterum delineatam, jam protulerat Fulvius Urſinus inter Illuſtr. Imagines (a), *ac Joannes Faber, qui Urſini gemmis commentaria addiderat* (b), *artificis nomine in illud Herois, cujus vultum in gemma referri exiſtimabat, immutato, putavit imaginem eſſe Hellenis, Deucalionis filii, à quo Græci* Ηλληνες *dicti ſunt, ſed geſtus ille manus, ſilentium indicantis, ſatis arguit Harpocratem eſſe, qua nota ipſum diſtinguit Ovidius ab aliis Ægyptiis numinibus, quæ Iſidem comitabantur, Telethuſæ, matri Iphitis, apparentem* (c):

(a) No. 64.
(b) Pag. 42.
(c) Lib. 9. Metam. Fab. 12. v. 691.

— — cum qua latrator Anubis,
Sanctaque Bubaſtis, variisque coloribus Apis,
Quique premit vocem, digitoque ſilentia ſuadet.

Nec refert, ſi flos loti, in capite Harpocratis noſtræ gemmæ inciſæ, non appareat, plures enim apud veteres ipſius imagines conſpiciuntur, ſolo indice, ori admoto, expreſſæ, ut videre eſt apud Gisbertum Cuperum (d), *qui adeo diligenter omnia, quæ de hoc numine à veteribus dicta ſunt, congeſſit, ut poſt hanc meſſem, ne locus quidem, ſpicis legendis, aliis relictus ſit.*

(d) Harpocr. p. 35. 75. 155.

Sed non apud Ægyptios tantum cultus Harpocrates, verum etiam apud Romanos, ejusque imagines in gemmis annularibus ab his circumlatæ. Plinius: Jam vero etiam Harpocratem ſtatuasque Ægyptiorum numinum in digitis viri quoque portare incipiunt.



B. Picart sculp. 1723.

XXXVII.

HARPOCRATE.

OUVRAGE D'HELLENE,

Gravé ſur une Cornalline.

Tiré des Empreintes du Cabinet de Strozzi, à Rome.

CEtte Pierre repreſente un jeune homme de profil, mais dont le Viſage eſt très beau, & qui a de petits cheveux friſez. De la main gauche il porte un doigt ſur ſa bouche, comme pour impoſer ſilence, & ſa poitrine eſt envelopée de ſa robe qui lui deſcend des épaules par deſſus les bras.

Cette Cornalline gravée par Hellene, & deſſinée de nouveau d'après une Empreinte très-exacte du Cabinet de Strozzi, avoit déja été publiée par Fulvius Urſinus entre ſes *Images des hommes illuſtres* (*a*); & Jean le Fevre, qui a expliqué les Pierres de ce Recueil (*b*), aiant changé le Nom du Graveur en celui d'un Heros, dont il a cru que le Viſage étoit repreſenté ſur cette Pierre, s'eſt imaginé que c'étoit la Tête d'Hellene, fils de Deucalion, dont les Grecs ont été nommez d'Helleniſtes. Mais le geſte qu'il fait de la main, pour marquer le ſilence, montre aſſez que c'eſt Harpocrate, qu'Ovide diſtingue auſſi par cette marque des autres Divinitez Egyptiennes qui accompagnoient Iſis, lorſqu'elle apparut à Telethuſe mere d'Iphis: Voici le paſſage de ce Poëte (*c*):

(*a*) No. 64.
(*b*) Pag. 42.

(*c*) Metam Liv. 9. Fable 12. v. 691.

Avec elle venoient l'aboyant Anubis,
Bubaſtis ſa Compagne, & le fameux Apis.
Harpocrate, ce Dieu qui le doigt ſur la bouche
Fait connoître combien le ſilence le touche.

Et il n'importe pas que la fleur de *Lot* ne paroiſſe pas ſur la tête d'Harpocrate dans notre Pierre. Car parmi les anciennes Images de ce Dieu, il y en a pluſieurs où il n'eſt deſigné que par le ſeul ſigne du doigt ſur la bouche, comme on le peut voir dans Gisbert Cuper (*d*), qui a recueilli avec tant de ſoin tout ce que les Anciens ont dit de ce Dieu, qu'aprés une ſi ample moiſſon, il n'y a plus rien à glaner ſur ce ſujet pour les autres.

(*d*) Harpocr. p. 35. 75. 155.

Harpocrate n'étoit pas ſeulement honoré chez les Egyptiens; il l'étoit auſſi chez les Romains, qui portoient ſon Image ſur leurs Cachets, comme dit Pline: *Les hommes commencent auſſi à porter à leurs doigts la figure d'Harpocrate & celles des autres Divinitez d'Egypte.*

XXXVIII.

PHILOSOPHI CAPUT,
HYLLI OPUS,

Sardæ inciſum.

Ex theſauro Magni Ducis Etruriæ.

PHiloſophi caput, optime delineatum, inculta denſaque barba, promiſſis capillis, ac faſcia redimitum, Sardæ, quæ in theſauro Mediceo adſervatur, incidit Hyllus; eandem exhibuerat olim Caninius (a), *eoque tempore gemma erat penes Marchionem de Taxis, cumque in ea Hylli nomen legiſſet, putavit vultum referre Hylli, Herculis & Melitæ filii, cum revera artificis nomen ſit.*

(a) Imagg. Ill. p. 3.

Veteres Heroas comam barbamque demiſiſſe autor eſt Plutarchus, de Lyſandri ſtatua agens, Delphis in templo ad valvas poſita (b): veteri more comati, barba promiſſa inſignis. *Antiqui autem Philoſophi denſam barbam affectabant, quam ideo Philoſophicam lepide appellat Arnobius* (c): Quid Æſculapii gravitatem ab Dionyſio eſſe commemorarem riſam? quem cum barba ſpoliaret ampliſſima, boni ponderis & Philoſophicæ denſitatis, facinus eſſe dicebat indignum, ex Apolline procreatum patre levi & glabro ſimillimoque impuberi barbatum filium fingi.

(b) In Lyſandro Op. Tom. 1. p. 433. Edit. Pariſ. 1624.

(c) Contra gentes L. 6. p. m. 201.

XXXIX.

CLEOPATRA,
HYLLI OPUS,

Carneolæ inciſum.

Ex Fulvii Urſini Imagg. Ill.

EN alterum Hylli opus in gemma, quæ erat apud Fulvium Urſinum (a), *& in ea nomen ejusdem ſculptoris inſcriptum eſt, de qua ita Gronovius* (b): Talem crediderim, (*de Aſpaſia loquens,*) fuiſſe gemmam Urſini, unde Hylam fecit Galleus cum Fabro, quia inſculptum eſt nomen ΥΛΛΟΥ, nempe cælatoris. *Apud eundem Urſinum viſitur altera gemma* (c), *quam Cleopatræ imaginem eſſe ſcripſit idem Faber, quæ ejusdem Hylli manu elaborata videtur, imo utramque gemmam eandem imaginem referre inſpicienti ſatis apparet, utrique enim eadem vultus lineamenta, venuſtatem quandam, cum regia majeſtate conjunctam, præ ſe ferentia, idem capillorum ornatus, qui, diademati nodo alligati, in collum criſpi deſluunt. Conſonant hæc cum Cleopatræ forma, quam deſcribit Plutarchus, locum afferam, etſi longiusculus ſit* (d): Neqe enim erat, ut perhibent, figura ejus per ſe usque adeo incomparabilis, neque ut obſtupefaceret ſpectatores, ſed habebat aculeos conſuetudo inevitabiles, formaque cum ſermonis illecebris, & morum ſimul circumfuſæ conſuetudinem veneres ſtimulum aliquem infligebant. Ad hæc loquentis voci inerat ſuavitas, ac linguam, ſicut multarum organum fidium, promte ad quemlibet ſermonem vertens.

(a) Ill. Imagg. Edit. 2. No. 75.

(b) Theſ. Ant. Græc. Tom. 2. No. 85.

(c) No. 46.

(d) In M. Ant. Vita Oper. Tom. 1. pag. 927. Edit. Pariſ. 1624.

XL.

(b) Εὖ μάλα κομᾶντ᾽ ὄπι τῷ παλαιῷ, καὶ πώγωνα καθειμένα γυναῖον.

(d) Καὶ γὰρ ἦν (ὡς λέγουσιν) αὐτὸ μὲν καθ᾽ αὑτὸ τὸ κάλλος αὐτῆς οὐ πάνυ δυσπαράβλητον, ἡ δὲ συνουσία τὰς ἀδένας. ἀφλὼ γὰρ εἶχεν ἡ συνδιαίτησις ἄφυκτον, ἥ τε μορφὴ μὴ τὸ ἐν τῷ παραυτίκα πιθανὸν, καὶ ἡ πειθοῦς ἅμά πως ἀεὶ τὴν ὁμιλίαν ἤθους ἀνέφερέ τι κέντρον. ἡδονὴ γὰρ, καὶ φθεγγομένης ἐπῆν τῷ ἤχῳ, καὶ τῇ γλώττῃ, ὥσπερ ὀργάνου πολύχορδον, εὐπετῶς πρέπουσα καθ᾽ ἣν βέλοιτο διάλεκτον.



Gem.ᵉ mag.ᵒ

PHILOSOPHI · CAPVT ·

HYLLI · OPVS

Sardae incisum.

Ex Thesauro Magni Ducis Etruriae.



CLEOPATRA·
HYLLI· OPVS
Carneolæ incisum.
Ex Fulvii Ursini Imag. Ill.

B. Picart sculp. 1713.

XXXVIII.

TÊTE D'UN PHILOSOPHE.

OUVRAGE D'HYLLUS,

Gravé ſur une Cornalline.

Du Tréſor du Grand Duc de Toſcane.

CEtte Tête de Philoſophe, parfaitement bien deſſinée, avec ſa barbe épaiſſe & negligée, ſes longs cheveux, & la bandelette qui l'environne, a été gravée par Hyllus, ſur une Cornalline qui ſe conſerve dans le Tréſor de Medicis. Canini l'a autrefois publiée (*a*), dans le tems qu'elle étoit entre les mains du Marquis de Taxis; & y aiant lû le nom d'Hyllus, il crut qu'elle repreſentoit Hyllus fils d'Hercule & de Melite; quoi-que ce ſoit véritablement le nom du Graveur.

(*a*) Imag. des Hom. Illuſt. p. 3.

Nous aprenons de Plutarque (*b*) que les anciens Heros entretenoient leur Barbe & leurs Cheveux. C'eſt ce qu'il dit en parlant de la Statuë de Lyſander qui étoit à Delphes à la porte du Temple. *Il portoit de longs cheveux, & une longue barbe, à la maniere des Anciens.* Les anciens Philoſophes, ſur tout, affectoient de porter une Barbe fort épaiſſe; ce qui fait dire agréablement à Arnobe (*c*) que c'étoit une Barbe Philoſophique. *Que dirai-je des railleries que Denys fit de la gravité d'Eſculape? Lors qu'il l'eut dépouillé de ſa grande Barbe, qui étoit de bon poids & d'une épaiſſeur vraiement Philoſophique, il diſoit que c'étoit une choſe indigne, que de repreſenter avec une Barbe le fils d'Apollon qui avoit le Viſage ſi doux & ſi poli, & qui reſſembloit ſi bien à un jeune homme ſans poil.*

(*b*) Art. de Lyſander Tom. I. p. 433. de l'Edit. de Paris 1624.

(*c*) Dans ſon Livre *contre les Nations.* L. 6. p. m. 201.

XXXIX.

CLEOPATRE.

OUVRAGE D'HYLLUS,

Gravé ſur une Cornalline.

Tiré des Images de Fulvius Urſinus.

VOici encore un autre Ouvrage d'Hyllus gravé ſur une Pierre qui étoit autrefois entre les mains de Fulvius Urſinus (*a*), & ſur laquelle ſe lit le nom du Graveur. Voici comme en parle Gronovius (*b*). *Je croi* (dit-il en parlant d'Aſpaſie) *que telle étoit la Pierre d'Urſinus dont Galleus & le Fevre ont fait Hylas, parce qu'elle portoit le nom d'Hyllus le Graveur.* On voit encore dans le Recueil du même Urſinus (*c*) une autre Pierre que le Fevre croit être la repreſentation de Cleopatre, & qui ſemble auſſi gravée de la main d'Hyllus. Et certainement, on ne peut douter en conſiderant ces 2. Pierres, que l'une & l'autre ne porte la même image, puiſque ce ſont dans l'une & dans l'autre les mêmes traits du viſage, la même grace, la même majeſté, le même tour dans les cheveux qui ſont nouez à un Diademe, & dont une partie retombe ſur le cou. Tout cela ſe raporte au Portrait que Plutarque fait de Cleopatre. Voici le paſſage de cet Auteur, que je ne ferai point difficulté de raporte, quoi-qu'il ſoit un peu long (*d*). *A juger de Cleopatre par les figures que nous en avons, il n'y avoit rien de ſi merveilleux dans ſon exterieur, ni qui fût ſi capable de ravir d'admiration ceux qui la voyoient; mais ſa converſation avoit des charmes inévitables. Les attraits de ſon viſage joints à ceux de ſes diſcours & de ſes manieres portoient des coups dont il n'étoit pas poſſible de ſe garentir. Elle avoit une certaine douceur dans la voix & une flexibilité de langue, qui reſſembloit au ſon de pluſieurs inſtrumens de Muſique, & qui ſe tournoit ſans peine à parler de toute ſorte de ſujets.*

(*a*) Imag. des Hom. Illuſt. 2. Edit. N°. 75.

(*b*) Tréſ. des Antiq. Gr. Tom. 2. N°. 85.

(*c*) N°. 46.

(*d*) Dans la Vie de M. Ant. Tom. I. de ſes Oeuvres p. 927. Edit. de Paris 1624.

XL.

TAURUS DIONYSIACUS,
HYLLI OPUS,

Sardæ inciſum.

Ex Theſauro Regis Galliarum.

TAurus, ſingulari artificio expreſſus, extantibus muſculis, ad robur oſtendendum, ſiniſtro pede anteriori protenſo, extremæ thyrſi parti, cui nux pinea alligata eſt, inſiſtit, altero pede inflexo, ac caput demittit, è tergo dependet hederæ viticula, foliis exornata.

Bacchum apud Græcos ſub tauri forma cultum fuiſſe, ac præcipue Cyzici, quod eſt urbs Propontidis, autor eſt Euſtathius (a): Convivii quoddam vas (*cornu erat,*) in cornubus bovillis veteres & primi bibebant, quamobrem Bacchus, cornua habens, effingebatur, vocabaturque Taurus, & Cyzici Tauroformis collocatus erat in templis, *quæ verba fere ab Athenæo (b) mutuatus eſt, eaque in Latina interpretatione omiſit Dalecampius. Plutarchus ſane in Quæſtionibus Græcis (c) teſtatur, Eleorum mulieres, Bacchum invocantes, clamare* ἄξιε Ταῦρε, digne Taure, *rationemque hujus rei idem affert: quia nempe apud Ægyptios idem Bacchus ac Oſiris putabantur, & in Apidis cadavere ſepeliendo hinnulorum pelles ac thyrſos geſtabant, iisdemque clamoribus ac in Orgiis utebantur (d):* ea de cauſa plerique Græcorum Bacchi ſimulacra faciunt, Tauri forma, & Eleorum mulieres, vota facientes precantur, ut ad ſe Deus veniat bubulo pede, & Argivis Bacchus eſt Bovigena.

(a) In Iliad. N. pag. 883. Tom. 2. Ed. Froben.
(b) Dipnoſophiſt. Lib. XI. p. 476. ex recenſ. Caſaub.
(c) Oper. Tom. 2. ex recenſ. Xilandri p. 299.
(d) De Iſide & Oſiride pag. 364.

Hederam, Baccho ſacram, veteres ſcripſere, & in Attica, ut refert Pauſanias (e): eundem etiam Deum (*Bacchum*) hedereum (*vocant*), eo enim in loco hederæ plantam viſam primum tradunt, *& Orpheus (f):*

(e) Lib. 1. p. 78. Edit. Lipſ. 1696.

Hedera coronatum Bacchum valde ſonantem incipio canere.

(f) Hymno 25. in Bacchum, v. 1.

XLI.

VICTORIA IN BIGA,
LUCII OPUS,

Sardæ inciſum.

Ex Dactyliotheca Markiana, Harlemi.

VIctoria alata bigam, à velocibus equis tractam, moderatur, habenas ſiniſtra ac flagellum dextra tenens, eoque corporis motu expreſſa eſt, quo aurigas in Circo deſcripſit Virgilius (a):

(a) Lib. 5. Æneid. vers. 143.

Nec

(a) Συμποσίῳ ἢ τὶ σκεῦος (κέρας) ἔλεγον κέρασι βοῶν οἱ παλαιοὶ καὶ πρώτοι ἔπινον. ὅθεν καὶ Διόνυσος, φασὶ, κερατοφυὴς ἐπλάττετο, καὶ ταῦρος ἐκαλεῖτο, καὶ ἐν Κυζίκῳ ταυρόμορφος ἵδρυτο.

(d) Διὸ καὶ ταυρόμορφον Διόνυσον πιεῖσιν ἀγάλμασι πολλοὶ τῶν Ἑλλήνων, αἱ δὲ Ἠλείων γυναῖκες καὶ ᾠδὴν ἐκάλεσαν εὐχόμεναι ποδὶ βοείῳ τὸν θεὸν ἐλθεῖν πρὸς αὐτάς, Ἀργείοις δὲ βουγενὴς Διόνυσος.

(e) Κισσὸν τὸν αὐτὸν θεὸν (Διόνυσον) καλοῦσι, τὸν κισσὸν τὸ φυτὸν ἐνταῦθα πρῶτον φανῆναι λέγοντες.

(f) Κισσοκόμαν Διόνυσον ἐλέβρομον ἄρχομ' ἀείδειν.



Gemmæ magnit.o

TAVRVS · DIONYSIACVS ·
HYLLI · OPVS
Sardæ incisum.
Ex Thesauro Regis Galliarum.

B. Picart sculp. 1722.



Gemmæ magnit.

VICTORIA · IN · BIGA ·

LVCII · OPVS

Sardæ incisam.

Ex Dactyliotheca Marciana Harlemi.

B. Picart sculp. 1723.

XL.

LE TAUREAU DIONYSIAQUE.

OUVRAGE D'HYLLUS,

Gravé ſur une Cornalline.

Du Cabinet du Roi de France.

CE Taureau eſt admirablement bien repreſenté; on en voit tous les muſcles pour marque de ſa force. Du pié gauche de devant, qu'il a étendu, il s'apuye ſur le bout d'un Thyrſe, où eſt attachée une Pomme de Pin; il a l'autre pié recourbé, & panche un peu la tête. Son dos eſt orné d'une branche de Lierre, qui lui tombe ſur le flanc.

Nous aprenons d'Euſtathius (*a*) que les Grecs, & ſur tout ceux de Cizique, Ville de la Propontide, adoroient Bacchus ſous la forme d'un Taureau. Voici comme parle cet Auteur: *Les Anciens avoient dans leurs feſtins une Corne de Bœuf dans laquelle ils buvoient, & ils avoient coûtume de boire les premiers. C'eſt pour cela que Bacchus étoit repreſenté avec des Cornes, & qu'il étoit appelé Taureau. C'eſt pour cela auſſi que ceux de Cizique le plaçoient dans leurs Temples ſous la forme de cet Animal.* Ces paroles ſont presque tirées mot à mot d'Athenée (*b*); mais Dalecampius les a omiſes dans ſon Commentaire Latin. Plutarque, dans ſes Queſtions Grecques (*c*) raporte que les femmes des Eléens, lorsqu'elles invoquoient Bacchus, avoient coûtume de crier *Digne Taureau;* & voici la raiſon qu'il en allegue: c'eſt, dit-il, parce que les Egyptiens croyoient que Bacchus & Oſiris étoient la même choſe; & que lorſqu'ils enterroient le Bœuf Apis, ils portoient des peaux de Mulet & des Thyrſes, & faiſoient retentir les mêmes clameurs que dans les Orgies. Voici ſes paroles (*d*): *La plûpart des Grecs repreſentent Bacchus ſous la forme d'un Taureau. Quand les femmes des Eléens lui offrent leurs vœux, elles le prient de venir à elles ſous la même forme; & ceux d'Argos le regardent auſſi comme engendré d'un Bœuf.*

(*a*) Sur l'Iliade d'Hom. p. 883. T. 2. de l'Edit. de Froben.

(*b*) Dipnoſophiſt. Liv. XI. p. 476. de l'Edit. de Caſaub.

(*c*) Tom. 2. de ſes Oeuvres de l'Ed. de Xiland. p. 299.

(*d*) Art. d'Iſis & d'Oſiris, p. 364.

Les Anciens ont écrit que le Lierre étoit conſacré à Bacchus; & dans l'Attique, au raport de Pauſanias (*e*) *ils appeloient ce Dieu le Dieu du Lierre, parce qu'ils prétendent que cet Arbre a commencé à croître en ce pays-là.* Orphée dit auſſi (*f*):

Je commence à chanter le Dieu qui fait grand bruit,
Dont le front couronné de Lierre &c.

(*e*) Liv. 1. p. 78. de l'Edit. de Leipſ. 1696.

(*f*) Hym. 25. à l'honneur de Bacchus, v. 1.

XLI.

LA VICTOIRE SUR UN CHAR A DEUX CHEVAUX.

OUVRAGE DE LUCIUS,

Gravé ſur une Cornalline.

Du Cabinet de M. vander Marck, à Haerlem.

ON voit ici une Victoire aîlée qui conduit un Chariot tiré par deux chevaux très vîtes; elle tient les rênes de la main gauche, & un fouët de la droite; & eſt repreſentée dans la même action où Virgile dépeint les Cochers dans le Cirque (*a*):

(*a*) Eneid. Liv. 5. v. 143.

Nec ſic immiſſis aurigæ undantia lora
Concuſſere jugis, pronique in verbera pendent.

Vetuſtiſſimum fuiſſe in prœliis bigarum uſum nos docet Homerus, dum in Trojæ opſidione Pandarus Æneæ hortanti, ut contra Græcos impetum faceret, reſpondet, currum ſibi non eſſe ſed Lycaoni, apud quem (*b*):

(*b*) Ili. N. verſ. 193.

— — — — undecim currus
Pulchri primum compacti, recens facti, circa vero ſtragula
Expanſa ſunt, apud autem eorum unumquemque bijuges equi.

Hinc ad Græcorum ludorum celebritates bigæ translatæ, inde à Romanis ad Conſuales, Circenſes poſtea dictos, in quibus qui præmium in curſu aſſequebantur, id Victoriæ numini, cujus imago in Circo viſebatur, tribuebant, ideo frequentes in gemmis, & Obſidianis fictis noſtri Muſæi, bigæ cum Victoria inſculptæ, quarum duæ extant apud Leonardum Auguſtinum (*c*), *imo in primis argenteis nummis ſignatæ, Bigatique appellati, cujus rei rationem reddit Schefferus* (*d*), *ut ſcilicet in mentem revocarent Circenſes primos Romuli, quorum occaſione* (*raptis Sabinis*) *matrimonia ſuis comparavit, & quodammodo civitatem de novo condidit.*

(*c*) N°. 190. 191.

(*d*) De re vehicularia Lib. 2. c. XI. p. 158.

XLII.

CAPUT SENILE,

MYCONIS OPUS,

Jaſpidi inciſum.

Olim apud Fulvium Urſinum.

CElebris inter veteres Græcos pictores memoratur Mycon, qui Porticus, quam variam dixere, partem Athenis pinxit, ut legere eſt apud Plinium (*a*) *eadem quoque in urbe Theſei ac Caſtoris Pollucisque templa pictura ornaſſe, autor eſt Pauſanias* (*b*), *& hic idem ſtatuaria arte inſignis fuit, Calliæ enim, Athenienſis athletæ, ſimulacrum inſculpſit* (*c*). *Alter Mycon invenitur Syracuſanus, qui Hieronis equeſtrem ac pedeſtrem ſtatuam fecit* (*d*), *incertum vero, an idem ſit ac ille Mycon, qui à Plinio* (*e*) *Athletis ſpectatus dicitur. Sed an aliquis ex iſtis gemmam hanc cælaverit, temerarium erit pronuntiare nullo alio argumento, quam nominis ſimilitudine, quæ inter Græcos non raro occurrit, ut recte monuit Sponius* (*f*), *qui eam ex Fulvii Urſini ſchedis protulit, ſed minus diligenter delineatam, quam autem vulgamus, ex Gaſparis Gevartii eclypo deſumſimus, quod nobiscum communicavit Vir antiquarum rerum peritiſſimus D. van Erckel, Roterodamenſis, collatum cum eo, quod eſt manu delineatum ad calcem Fulvii Urſini Imaginum Illuſtrium in Bibliotheca Illuſtriſſimi & Reverendiſſimi Franciſci Blanchini, viri ſcientia ac omnigena eruditione clariſſimi. In gemma igitur ſcalptor viri admodum grandis natu, recalvaſtri ac Romano more tonſi, imaginem exhibuit, ſed cujus vultus, ut habet Nazarius* (*g*) decorus gravitate, hilaritate permixta, venerabile quoddam & amabile renidet.

(*a*) Lib. 35. cap. 9. p. m. 389.

(*b*) In Atticis S. Lib. 1. pag. 29.

(*c*) Id. Lib. 6. p. 354.

(*d*) Id. Lib. 6. p. 365.

(*e*) Lib. 34. cap. 8. p. m. 381.

(*f*) Miſcell. pag. 122.

XLIII.

(*g*) In Paneg. p. m. 609.

(*b*) —— —— —— —— ἔνδεκα δίφροι
Καλοὶ πρωτοπαγεῖς, νεοπύχεες, ἀμφὶ δ' πέπλοι
Πέπτανται, ὧδε δ' ἕκαστος ὑπὸ ζυγὸν ἵππους.



Hieronymus Odam Romanus Eques delineavit.

B. Picart sculp. 1723.

L'impatient Cocher ſe dreſſe dans les airs,
Abandonne aux Courſiers les rênes ondoyantes,
Et confond les grands coups aux menaces preſſantes.

L'uſage des Chariots à deux chevaux de front étoit très anciens dans les Combats. C'eſt ce que nous aprenons d'Homere (*b*), lorſqu'Enée exhortant Pandare, dans le ſiége de Troye, à faire irruption contre les Grecs, Pandare lui répond, qu'il n'a point de Chariot: (*b*) Iliad. Liv. II. v. 193.

Mais que chez Lycaon ſont onze Chars tres beaux,
Tout neufs, tous bien garnis, chacun à deux chevaux.

De là l'uſage de ces Chariots paſſa dans les Jeux des Grecs, de qui les Romains le prirent enſuite pour les Jeux Conſuales, appelez depuis les Courſes du Cirque, dans leſquelles celui qui remportoit le prix, l'offroit à la Déeſſe Victoire, dont l'image étoit expoſée dans le Cirque. De là vient qu'on voit ſouvent ſur les Pierres, & ſur les Pâtes antiques jaunes & transparentes, telles que j'en ai dans mon Cabinet, de ces ſortes de Chariots à deux chevaux avec une Victoire. Il y en a deux entre autres dans le Recueil de Leonard Auguſtin (*c*). On en voit auſſi ſur les premieres Medailles d'argent, qui étoient appelées en Latin *Bigati;* & la raiſon qu'en donne Scheffer (*d*), c'étoit, dit-il, pour leur rappeler la mémoire des premiers Jeux du Cirque celebrez par Romulus, qui lui donnerent occaſion d'enlever les Sabines, & de fonder de nouveau, en quelque façon, la Ville de Rome, en procurant par ce moyen des Mariages à ſes Compagnons. (*c*) No. 190. 191. (*d*) Des Voitures Anciennes Liv. 2. Ch. XI. p. 158.

XLII.

TÊTE DE VIEILLARD.

OUVRAGE DE MYCON,

Gravé ſur une Pierre de Jaſpe.

Autrefois à Fulvius Urſinus.

ENtre les anciens Peintres Grecs, il eſt fait mention d'un Mycon, qui s'étoit rendu celebre pour avoir peint à Athenes cette partie du Portique qu'on appeloit *Varia*, comme Pline (*a*) le raporte. Il peignit auſſi dans la même Ville les Temples de Caſtor & de Pollux, ſelon que le témoigne Pauſanias (*b*), & il étoit tout à la fois excellent Statuaire, puiſque, ſelon le même Auteur (*c*) il fit la Statuë de Callias, Athlete Athenien. On trouve encore un autre Mycon de Syracuſe, qui fit la Statuë Equeſtre & Pedeſtre d'Hieron (*d*); mais il eſt incertain ſi c'eſt le même que le Mycon dont Pline dit qu'il s'étoit rendu celebre par ſes Athletes (*e*). Il ſeroit temeraire de decider ſi c'eſt l'un des deux qui a gravé cette Pierre, & cela ſur le ſeul fondement de la reſſemblance du nom, qui eſt une choſe aſſez commune parmi les Grecs. C'eſt ce que remarque M. Spon (*f*), qui l'a publiée d'après les Mémoires de Fulvius Urſinus, mais peu exactement deſſinée. Celle que nous donnons ici eſt d'après l'empreinte de Gaſpar Gevart, qui nous a été communiquée par M. van Erckel, celebre Antiquaire de Rotterdam. Nous l'avons confrontée avec celle qui eſt deſſinée à la main à la fin des Tableaux des Hommes Illuſtres de Fulvius Urſinus dans la Bibliotheque de l'illuſtre & ſavant M. François Bianchini. Cette Pierre repreſente donc un homme fort âgé, un peu chauve, & portant les cheveux coupez à la maniere des Romains; mais dont le Viſage, comme dit Nazarius (*g*), *a un certain air grave mêlé de gayeté, qui le rend également venerable & aimable.* (*a*) Liv. 35. Ch. 9. p. m. 389. (*b*) Dans ſes Attiques Liv. I. p. 29. (*c*) Liv. 6. p. 354. (*d*) Le même, Liv. 6. p. 365. (*e*) Liv. 34. Ch. 8. p. m. 381. (*f*) Melang. p. 122. (*g*) Panegyr. p. m. 609.

XLIII.

LEDA,

MYRTONIS OPUS,

Gemmæ inciſum.

Ex Cimeliarch. Strozziani Eſtypis, Romæ.

MUlier ſtola induta, ac pectore, faſcia cincto, ſiniſtra manu velum matronale tenet aura inflatum, cygnique volantis tergo vehitur.

Jovem, cum Ledam deperiret, ſub cygni imagine eadem ad Eurotam petitum ſcripſere Poëtæ. Sane Helena, ejusdem Ledæ ac Jovis filia, ita præfatur apud Euripidem (a):

(a) In Helena Prolog. verſ. 17.

— — — — eſt autem
Fama quædam, quod Jupiter volaverit in meam matrem
Ledam, aſſumta forma cygni avis,
Qui effecit doloſum concubitum, ab aquila
Perſecutionem fugiens:

(b) Lib. 2. Fab. p. m. 65. *Hinc à Jove inter Deas adſcripta, (licet aliter Hyginus ſentiat) (b), ac Nemeſis dicta, quæ præeſſet hominum ſceleribus puniendis, ac benefacta remuneraretur, Rammuſia & Adraſtea quoque appellata: teſtatur hoc vetus Scholiaſtes Arateorum*

(c) Edit. Lugd. 1607. pag. 189. *Germanici Cæſaris* (c): Cygnum dicunt inter aſtra conſtitutum, eo quod Jupiter, in cygnum transfiguratus, evolaverit in ramum Atticæ regionis, ibique compreſſerit Nemeſim, quæ & Leda dicitur, ut refert Crates, Tragœdiarum ſcriptor:

(d) Div. Inſtit. Lib. 1. c. 21, p. 83. *Conſonat Lactantius* (d): Solent enim mortuis conſecratis nomen immutare, credo ne quis putet, eos aliquando homines fuiſſe, nam & Romulus poſt mortem Quirinus factus eſt, & Leda Nemeſis.

Artifex vero, ut exprimeret hanc Ledæ apotheoſim, vectam inſculpſit à cygno, uti mos erat in Auguſtarum conſecratione apud Romanos, easdem in cœlum elatas effingere à pavone, Junonio alite, ut plerumque cernere eſt in nummis, atque ad

(e) Lib. 1. verſ. 298. *hoc forſan reſpexit Manilius, dum cecinit Aſtronomicon* (e):

Proxima ſors cygni, quem cœlo Jupiter
Impoſuit formæ pretium, qua cepit amantem,
Quum Deus in niveum deſcendit verſus olorem,
Tergaque fidenti ſubjecit plumea Ledæ,
Nunc quoque diductas volitat ſtellatus in alas.

Obſervandum autem eſt, conſulto in gemma expreſſum fuiſſe Cygnum, eadem prorſus forma, qua inſpicitur ille καταστερισμένῳ *ex veteribus membranis delineatus*

(f) Pag. 47. *apud Grotium in Arateorum Syntagmate* (f), *qua autem parte Cygni aſtrum in*

(g) Ex recenſ. Grotii pag. 97. *cœlo locent Aſtronomi, docet Feſtus Avienus in Arateis Phænomenis* (g):

— — os flagrans & guttura longa coruſcans
Grandibus haud equidem ſtellis, non his tamen atris,
Obſcurisve micat, trahit in convexa volatum
Perfacilem, & dextro latè Cepheida dextram
Radens remigio ſumma ad veſtigia lævam
Declinatur equi.

XLIV.

(a) —— —— —— ἐσὶ ἣ δὴ
Λύγ῾ος πις, ὡς Ζεὺς μητέρ᾽ ἐπ῎ατ᾽ εἰς ἐμὲ
Λήδαν, κύκνε μόρφωμ᾽ ὄρνιθ῾ος λαβών,
῞Ος δόλιον εὐνὴν ἐξέπεφξ᾽ ὑπ᾽ ἀετῦ
Δίωγμα φεύγων.



LEDA·
MYRTONIS·OPVS
Gemmae incisum.
Ex Cimeliarchia Strozziani Ectypis Romae

Hieronymus Odam Eques Romanus delineavit. *B. Pesne sculp. 1723.*

XLIII.

LEDA.

OUVRAGE DE MYRTON,

Pierre Gravée.

D'après les empreintes du Cabinet de Strozzi, à Rome.

ICi eſt repreſentée, ſur le dos d'un Cygne qui vole, une Femme vêtuë d'une Robe & ceinte d'une Echarpe ſur l'Eſtomac, tenant de ſa main gauche un voile tel qu'en portoient les Dames Romaines, & qui paroît s'enfler au vent.

Les Poëtes racontent, que Jupiter étant éperduëment amoureux de Leda, l'alla chercher ſur les bords du fleuve Eurotas, & en jouït ſous la figure d'un Cygne. Et en effet, voici comme Euripide fait parler Helene fille de Jupiter & de cette même Leda (*a*).

(*a*) Art. d'Helene, Prol. V. 17.

Le bruit court que Jupiter vola vers ma Mere Leda, aiant pris la figure d'un Cygne, & que feignant d'éviter les pourſuites d'un Aigle, il coucha avec elle ſous cette forme.

De là vient qu'elle a été miſe par Jupiter au nombre des Déeſſes, quoi-qu'Hyginus ſoit d'un autre ſentiment (*b*), & qu'il prétende que ce ſoit elle, qui ſous le nom de Nemeſis, preſide au châtiment des crimes & à la récompenſe des bonnes actions des hommes, étant auſſi appelée Ramnuſia & Adraſtea. C'eſt ce que raporte l'ancien Scholiaſte des *Aratées* de Germanicus Ceſar (*c*), en ces termes: *On dit que le Cygne a été changé en Aſtre, parce que Jupiter aiant pris la figure de cet Oiſeau, vola dans un endroit de l'Attique, & y abuſa de Nemeſis, auſſi appelée Leda, au raport de Crates Poëte Tragique.* Lactance dit à peu près la même choſe (*d*): *On avoit coûtume de changer les noms des morts, après leur Apotheoſe; car, afin qu'on ne s'y trompe pas, je ſuis perſuadé qu'ils avoient été des hommes. Ainſi Romulus fut appelé Quirinus après ſa mort, & l'on donna de même le nom de Nemeſis à Leda.*

(*b*) Fab. Liv. 2. p. m. 65.

(*c*) Edit. de Lyon 1607. p. 189.

(*d*) Inſtit. Div. Liv. 1. Ch. 21. p. 83.

Le Graveur, pour exprimer l'Apotheoſe de Leda, la repreſente portée par un Cygne, ſelon la coûtume des Romains, dans la conſecration des Imperatrices, qui étoit de les repreſenter enlevées au Ciel ſur un Paon qui eſt l'Oiſeau de Junon, comme on le voit ſouvent ſur les Medailles. C'eſt peut-être à quoi Manilius fait alluſion dans ſon Aſtronomicon (*e*), lorſqu'il dit:

(*e*) Liv. 1. v. 298.

Tel eſt auſſi le ſort du Cygne,
Que, par une faveur inſigne,
Jupiter dans le Ciel plaça,
Pour avoir autrefois, couvert de ſon plumage,
Enlevé la belle Leda.
Ainſi brille encor ſon Image
Qu'en Aſtre voltigeant Jupiter transforma.

Il faut obſerver qu'on a ici repreſenté exprès ce Cygne dans la même forme où on le voit deſſiné d'après d'anciennes Membranes, c'eſt-à-dire transformé en Aſtre dans l'Abregé des Aratées de Grotius (*f*); or voici en quelle partie du Ciel cet Aſtre eſt placé, ſelon ce que nous en aprend Feſtus Avienus dans les Phenomenes d'Aratus (*g*). *Cet Aſtre brillant, au long col & à la bouche enflammée, eſt compoſé d'Etoiles qui ne ſont pas des plus grandes, mais qui ne ſont non plus ni rougeâtres, ni obſcures. Il s'éleve dans le Ciel avec rapidité; du côté droit il raſe preſque en paſſant Cephée; & du côté gauche il monte juſqu'au plus haut du cheval Pegaſe.*

(*f*) Pag. 47.

(*g*) Pag. 97. de l'Ed. de Grotius.

XLIV.

FAUNUS,

NICOMACHI OPUS,

In Achate nigro inciſum.

Ex Dactyliotheca Equ. Hieronymi Odam, Romæ.

(a) Lib. 35. cap. 10. p. m. 392.

PLinius Nicomachum pictorem, Ariſtodemi filium, celebrat (a), cujus tabulæ in Capitolio & Pacis templo ob artis præſtantiam in admiratione erant, alterius Nicomachi, etiam pictoris, mentionem facit Vitruvius (b). Ex his uter Achati huic nigro imaginem inſculpſerit, incertum eſt, an alius, quisquis ille fuerit, his profecto non inferior; ſi enim exacta ejusdem imaginis lineamenta, aptamque artuum conformationem perpendas, opus abſolutiſſimum ſummi artificis eſſe dixeris. Servatur gemma hæc in Dactyliotheca amici noſtri, Equitis Hieronymi Odam, nobilis Romani, qui ne per deſidiam tempus terat, ac perdat, genio ſuo indulgens, præter antiquarum rerum cognitionem veterum cælaturas ſingulari delineat artificio.

(b) In Procem. Lib. 3.

Faunus itaque ſpectatur, tigridis pelli inſidens, cauda acutisque auribus notabilis, redimitum oleaſtro caput habet, arbore ſylveſtribus hisce numinibus ſacra, de qua Virgilius (c):

(c) Lib. 12. v. 766.

Forte ſacer Fauno foliis oleaſter amaris.

Vultu hilari ac ridenti intente inſpicit, ſiniſtræ manus vola mento ſuppoſita, cubitoque genu innixo caput ſuſtinet, ac dorſum aliquantum incurvat, dexterum crus extenſum habet, cujus ſuræ ſiniſtrum pedem ſupponit, inter crura duæ viſuntur tibiæ ex earum genere, quas Phrygias vocabant, uti obſervat Bartholinus (d). Eæ autem non læves ſunt, ſed internodiis quibusdam ornatæ, quo muſico inſtrumento Faunos delectatos ſcripſit Martianus Capella (e): Quidam agreſtes canorique ſemidei, quorum hircipedem pandura, ſylvarum arundinis en odis fiſtula ſibilatrix, rureſtris Faunum tibia decuerunt.

(d) De Tibiis Veterum Cap. 5. p. 41. 2. Edit.

(e) De Nuptiis Philol. Lib. 9. pag. 203. Edit. Baſil.

XLV.

MUSA,

ONESÆ OPUS,

In Paſta, (ut aiunt) antiqua.

Ex Dact. Abb. Petri Andreini, Florent.

MUlier ſtolata, ac ſuperiori corporis parte fere nuda, lyram ſiniſtra manu ſuſtinet, dexteraque transverſum illud lignum, fidibus tendendis, muſicique inſtrumenti cornubus annectendis aptatum, tenet, prope eſt icuncula nudi viri, quadratæ ſed altiori baſi impoſita.

Hanc



FAVNVS.
NICOMACHI. OPVS
In Achate nigro incisum.
Ex Dactyl. Equit. Hieronymi Odam. Romae

B. Picart sculp. 1723.

Pasta magni.

MVSA.

ONESAE. OPVS

In Pasta, ut aiunt, Antiqua.

Ex Dact. Abb.is Petri Andreinii Florent.

B. Picart sculp. 1722.

XLIV.

FAUNE.

OUVRAGE DE NICOMAQUE,

Gravé ſur une Agathe noire.

Du Cabinet du Chevalier Jerôme Odam, à Rome.

PLine parle avec éloge (*a*) d'un Peintre nommé Nicomaque, fils d'Ariſtodeme, dont les Tableaux étoient en admiration à Rome dans le Capitole & dans le Temple de la Paix. Vitruve (*b*) fait auſſi mention d'un autre Nicomaque. Mais on ne ſait lequel des deux a gravé la Pierre que l'on voit ici, ou ſi c'eſt l'Ouvrage de quelque autre non moins habile. Car ſi l'on conſidere la correction du deſſein de cette Figure, & l'exacte proportion de ſes Membres, on ne ſauroit diſconvenir que ce ne ſoit un Ouvrage achevé, & du plus excellent Ouvrier. Cette Pierre eſt dans le Cabinet de M. le Chevalier Jerôme Odam, Seigneur Romain, & mon ami particulier, qui, outre la connoiſſance des Antiquitez, dans laquelle il eſt très verſé, s'occupe à deſſiner les Pierres Antiques Gravées, en quoi il eſt très habile.

(*a*) Liv. 35. Ch. 10. p. m. 392.
(*b*) Prefac. Liv. 3.

Le Faune que l'on voit ici eſt donc aſſis ſur une peau de Tigre; il ſe reconnoît à ſa queuë & à ſes oreilles pointuës. Il a la tête environnée d'une Branche d'Olivier ſauvage, qui étoit un Arbre conſacré à ces ſortes de Divinitez des Bois, comme dit Virgile (*c*):

L'Olivier à la feuille amere
A l'honneur de Faunus eſt l'Arbre qu'on revere.

(*c*) Liv. 12. v. 766

Il regarde attentivement d'un Viſage gai & riant. Il ſoutient ſa tête aiant la paume de ſa main gauche ſous ſon menton, & le coude apuyé ſur ſon genou, & courbe un peu le dos. Il a la Jambe droite étenduë, & le pié gauche croiſé par deſſous. Entre ſes cuiſſes on aperçoit deux Flûtes à la Phrygienne, comme Bartholin le remarque (*d*), c'eſt-à-dire qui ne ſont pas unies, mais remplies de nœuds par intervalles : ce qui étoit l'Inſtrument favori des Faunes au raport de Martianus Capella (*e*). *Il y avoit des Demi-Dieux Champêtres & Amateurs de Muſique; ceux d'entre eux qui avoient des piés de Boucs ſe plaiſoient au ſon de la Viole : Ceux qui habitoient les forêts aimoient ſur tout les Chalumeaux; & les Faunes, qui habitoient les Campagnes, prenoient plaiſir au ſon de la Flûte.*

(*d*) Des Flûtes des Anciens Ch. 5. p. 41. 2. Ed.
(*e*) Des Nôces Philolog. Liv. 9. pag. 203. Edit. de Bâle.

XLV.

MUSE.

OUVRAGE D'ONESE,

En pâte antique jaune & tranſparente.

Du Cabinet de M. l'Abbé Pierre Andreini, Noble Florentin.

C'Eſt une Femme vêtuë d'une longue robe; mais qui eſt preſque nuë depuis les épaules juſqu'à la ceinture. De la main gauche elle ſoutient une Lyre, par en bas, & de la droite elle la tient par le bois traverſant qui eſt au haut, & où les cordes ſont attachées. Auprès d'elle eſt une petite figure d'Homme nu poſée ſur une Baſe quarrée & fort haute.

Hanc eandem imaginem, cum Oneſæ artificis nomine inciſam, maſſæ vitreæ croceæ, Chryſoliti colorem imitanti, quam Itali antiquarii Paſtam antiquam *vocant, & Plinius* obſidianum fictum, *vulgavit Leonardus Auguſtinus (a), & (b) putavit referre Citharistriam, quæ, ad monumentum alicujus Herois, illius laudes caneret, vel potius fœminam illam Spartam eſſe, à qua nomen habuit celebris ea civitas, cujus ſimulacrum, Amydis citharam pulſans, poſitum erat, ut refert Pauſanias. Verum cum hujusmodi imagines in gemmis (quorum una, in Calcedonio miro artificio inſculpta, reperitur in Dactyliotheca, cui nulla par apud Batavos, Henrici Adami van der Marck, L. Baronis de Leur), ac maſſis vitreis frequentes ſint, ac Muſam aliquam exprimi communis ſententia ſit, conjicere eſt ex aliquo celeberrimi ſculptoris ſigno, Oneſam Allionem aliosque artifices illam deſumſiſſe.*

(a) Gemm. Ant. P. 2. N°. 10. Ed. Francquer.

(b) Pag. 25.

XLVI.

HERCULES OLIVARIUS,

ONESÆ OPUS,

Sardæ inciſum.

Apud Abb. Petrum Andr. Andreinium, Florent.

HErculis adhuc juvenis, & cui

(a) Virg. l. 8. Æneid. v. 160.

— — prima genas veſtibat flore juventa (a),

Caput viſitur, oleaſtro coronati, ac leonina pelle ad collum adligata.

(b) Theb. Lib. 6. v. 5.

Inſtitutos ab Hercule Olympicos Ludos, in Pelopis honorem, ſcribit Statius (b):

— — primus Piſæa per arva
Hunc pius Alcides Pelopi certavit honorem,
Pulvereumque fera crinem detorſit oliva,

(c) Olymp. Od. 3. v. 25.

Quamobrem illi olea tribuebatur, quam Pindarus (c):

Iſtri ab opacis fontibus attulit
Amphitryoniades
Monumentum pulcherrimum Olympicorum certaminum.

Romæ à Rufo & Victore memoratur Hercules Olivarius Regione XI. templum quidam, ſimulacrum tantum alii fuiſſe putant, teſte Nardino (d), & Olearii nomen fortaſſe inditum, quia oleaſtro erat redimitum.

(d) Lib. 7. cap. 4. p. 433. Edit. Rom.

B. Pont. sculp. 1722.

Cette figure gravée avec le nom de l'Cuvrier, ſur une Pâte de Verre jaune & aprochant du Chryſolite, que les Antiquaires d'Italie appellent *Pâte Antique*, & Pline, une compoſition *Obſidienne*, a été publiée par Leonard Auguſtin (*a*) qui a cru qu'elle repreſentoit une Joueuſe d'Inſtrument, chantant les louanges de quelque Heros près de ſon Tombeau; ou plutôt cette femme nommée Sparte, qui a donné ſon nom à la celebre Ville ainſi appelée, & dont on voyoit la Statuë dans la Ville d'Amyde, en action de jouër de la Lyre, ſelon ce que raporte Pauſanias. Mais comme on voit ſouvent cette figure ſur diverſes, Pierres, entre autres ſur une Calcédoine admirablement bien gravée qui ſe trouve dans le Cabinet de M. vander Marck, l'un des plus curieux de toute la Hollande, comme auſſi ſur diverſes Pâtes de Verre, & que la plus commune opinion eſt qu'elle repreſente une Muſe, on peut conjecturer qu'Oneſe, Allion, & les autres Graveurs l'ont tirée d'après la Statuë de quelque Sculpteur celebre.

(*a*) Pierres Antiq. Part. 2. N°. 10. Edit. de Franeker. (*b*) Pag. 25.

XLVI.

HERCULE COURONNE' D'OLIVE.

OUVRAGE D'ONESE,

Gravé ſur une Cornalline.

Du Cabinet de M. l'Abbé Pierre André Andreini, Noble Florentin.

HErcule eſt ici repreſenté:

(a) Dans cette fleur de l'âge
Qui d'un premier coton ombrageoit ſon viſage.

(*a*) Virgile Eneïd. Liv. 8. v. 160.

Il eſt couronné d'une Branche d'Olivier ſauvage & a une peau de Lion attachée au cou.

Stace raporte (*b*) qu'Hercule inſtitua les Jeux Olympiques en l'honneur de Pelops: Voici comme il parle:

(*b*) Thebaïd. Liv. 6. v. 5.

Alcide eſt le premier, que les Champs d'Etrurie
En l'honneur de Pelops ont vu former ces Jeux:
Là couronné d'Olive, & couvert de pouſſiere,
On lui voyoit fournir une noble Carriere.

C'eſt pourquoi l'Olive lui étoit particuliérement conſacrée, comme dit Pindare (*c*):

(*c*) Olymp. Od. 3. v. 25.

C'eſt lui qui l'aporta des ſources du Danube.

Rufus & Victor parlent d'un très beau Monument des Jeux Olympiques, qui étoit autrefois à Rome, ſous le nom d'Hercule Couronné d'Olivier, dans l'Onzieme Quartier de cette Ville. Les uns diſent que c'étoit un Temple, & les autres ſeulement, une Statuë, au raport de Nardinus (*d*), & que le nom d'*Olearius* a pu lui être donné, parce qu'il étoit couronné d'Olivier ſauvage.

(*d*) Liv. 7. Ch. 4. p. 433. Edit. de Rome.

XLVII.

ACHILLES CYTHARÆDUS,

PAMPHILI-OPUS,

Amethiſto inciſum.

Ex theſauro Regis Galliarum.

Pamphilus Macedo, Apellis præceptor, nec minus pictura, quam literis eruditus, memoratur à Plinio (a), *alter, ut ineptum alium quendam pictorem omittamus, à Cicerone notatum, Pamphilus fuit ſculptoria arte inſignis, Praxitelis diſcipulus, de quo idem Plinius* (b): Pollio Aſinius, ut fuit acris vehementiæ, ſic quoque ſpectari monumenta ſua voluit. In his ſunt Centauri, nymphas gerentes-Jupiter, hoſpitalis Pamphili, Praxitelis diſcipuli, *hinc, ſi conjicere liceat, gemmis inſcalpendis etiam operam dans, Amethyſto incidit Achillem Cytharædum, mirando ſane artificio: ſaxo hic ſuppoſita veſte inſidet, cujus veſtis pars femur ſiniſtrum fere totum tegit, cui incumbit cythara, quam heros ipſe manu pulſat, vultu ad cœlum elato, oreque adaperto, canenti ſimilis, ad latus galea eſt, & ad pedes clypeus, in cujus umbone Meduſæ caput effictum eſt, circaque ipſum bigarum equitumque decurſiones; ſcutum trunco adhæret, ex cujus ramo appenſum baltheo pendet parazonium.*

(a) Lib. 35. cap. 10. p. m. 390.

(b) Lib. 36. c. 5. p. m. 490.

Achillem cythara delectatum, ad animum à curis relaxandum, ſcripſit Homerus (c), *& ad illam heroum geſta ceciniſſe:*

(c) Iliad. I. v. 226.

> Hunc autem invenerunt, animum oblectantem cythara arguta,
> Pulchra, Dædalea, ſuperne autem argenteum jugum erat,
> Quam ceperat è ſpoliis, urbe Eetionis everſa,
> Hac is animum oblectabat, canebat utique præclara facinora virorum.

Eadem refert Athenæus, additque hoc feciſſe ad igneam animi vehementiam cohibendam. Alexander ſane Macedo, cum Ilii moraretur, ac Ilienſis quæreret, velletne Alexandri, (ita enim & Paris dictus fuit) lyram contemplari? non mirari, ait, ſe illam, ſed Achillis quærere, eam, quâ decora & res geſtas ille clarorum virorum celebraverat, *ut legitur apud Plutarchum* (d), *& apud Ælianum* (e).

(d) Tom. I. p. 672.

(e) Var. Hiſt. l. 9. c. 38. p. m. 247.

XLVIII.

(c) Τὸν δ' εὗρον φρένα τερπόμενον φόρμιγγι λιγείῃ
Καλῇ Δαιδαλέῃ, ὑπὲρ δὲ ζυγὸν ἦεν ἀργύρεον ζυγὸς ἦεν,
Τὴν ὅ γ' ἄρετ' ἐξ ἐνάρων, πόλιν Ἠετίωνος ὀλέσσας,
Τῇ ὅγε θυμὸν ἔτερπεν. ἄειδε δὲ κλέα ἀνδρῶν.

(d) Ἐλάχιστα φροντίζειν ἐκείνης ἔφη· τὴν δ' Ἀχιλλέως ζητεῖν, ἢ τὰ κλέα, ἃ τοὺς παλαιοὺς ὕμνησε τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἐκεῖνος.

Gem.ᵃ
magᵒ

ACHILES·CITHAROEDVS·
PAMPHILI·OPVS
Amethisto incisum.
Ex Thesauro Regis Galliarum.

B. Picart sculp. 1723.

XLVII.

ACHILLE JOUANT DE LA LYRE.

OUVRAGE DE PAMPHILE,

Gravé ſur une Amethyſte.

Du Tréſor du Roi de France.

PLine fait mention (*a*) d'un Pamphile de Macedoine, qui fut Maître d'Apelles, & qui n'étoit pas moins habile dans les Lettres que dans la Peinture. Ciceron parle auſſi d'un autre Peintre de même nom qui étoit très mediocre dans ſon art. Mais pour ne pas nous arrêter à celui-là; il y en avoit un troiſiéme, qui excelloit dans la ſculpture, & qui étoit Diſciple de Praxitele. Voici comme en parle auſſi Pline (*b*): *Autant qu'Aſinius Pollio étoit violent, autant vouloit-il que l'on conſidérât les Monumens qu'il a laiſſez. De ce nombre étoient les Centaures portant les Nymphes, & le Jupiter Hoſpitalier de Pamphile Diſciple de Praxitele.* De là on peut conjecturer, qu'il s'apliquoit auſſi à la gravure en Pierres, & que c'eſt lui qui a gravé ſur cette Amethyſte, avec une adreſſe admirable, l'Achille jouant de la Lyre que l'on voit ici. Il eſt aſſis ſur un Rocher, ſur lequel ſont poſez ſes habits, dont une partie lui couvre preſque toute la cuiſſe gauche. Cette cuiſſe ſoutient la Lyre dont il jouë, aiant le viſage élevé vers le Ciel, & la bouche ouverte comme un homme qui chante. A côté de lui eſt ſon Caſque, & à ſes piés ſon Bouclier, orné dans le milieu de la Tête de Meduſe, & tout autour de diverſes repreſentations de Courſes de Chariots à 2. Chevaux. Ce Bouclier eſt au pié d'un arbre, d'où pend à une branche une Epée attachée par le ceinturon.

(*a*) Liv. 35. Ch. 10. p. m. 390.

(*b*) Liv. 36. Ch. 5. p. m. 400.

Homere (*c*) raporte qu'Achille ſe plaiſoit fort à jouër de la Lyre, pour ſe relâcher l'eſprit, & qu'il chantoit ſur cet Inſtrument les grandes Actions des Heros. Voici comme il en parle. *Il ſe divertiſſoit ſouvent à jouër de la Lyre; il en avoit une fort belle, fort ſonore, qui avoit apartenu à Dedale, & dont l'extremité étoit faite d'un Joug d'argent, qu'il avoit pris des dépouilles de la Ville d'Eetion. Il prenoit plaiſir à celebrer ſur cet Inſtrument les belles Actions des Grands Hommes.* Athenée raporte la même choſe, & ajoute qu'il en uſoit ainſi pour reprimer la trop grande vehemence de ſon humeur qui étoit toute de feu. Alexandre de Macedoine étant à Troye, & un Troyen lui demandant s'il vouloit voir la Lyre de Pâris, qui ſe nommoit auſſi Alexandre, il lui répondit *que ce n'étoit point celle-là qu'il admiroit, mais qu'il cherchoit celle d'Achille ſur laquelle il avoit celebré les belles actions des Heros*, comme on le lit dans Plutarque (*d*) & dans Elien (*e*).

(*c*) Iliad. Liv. 1. v. 226.

(*d*) Tom. 1. p. 672.

(*e*) Hiſt. diverſ. Liv. 9. c. 38. p. m. 247.

XLVIII.

ACHILLES CYTHARÆDUS,

PAMPHILI OPUS,

Sardæ inciſum.

Ex Dactyliotheca Ducis Devoniæ, Londini.

COmpertum nobis eſt, in Ducis Devoniæ Dactyliotheca Londini reperiri aliam Gemmam, ejusdem artificis Pamphili nomine inſignem, eundem Achillem Cytharœdum referentem, ſed alio corporis ſtatu, cujus Ectypon cùm nobis videre non licuerit, eam delineatam non exhibemus.

XLIX.

BACCHANS,

PERGAMI OPUS,

Diaglyph. in Paſta (ut aiunt) antiqua.

Ex Theſauro Magni Ducis Hetruriæ.

(a) Gemm. Ant. Part. 1. n. 135. in Annotat. pag. 53. Edit. Franeq.

(b) Tom. 3. n. 55.

VUlgata olim fuerat imago hæc à Leonardo Auguſtino (a), & in altera ejusdem operis Romana editione, aucta ab Equ. Alex. Maffejo (b) literæque inſculptæ gemmæ, quæ pro carbunculo habita eſt, nomen hoc referre putarunt ΠΕΜΑΛΛΙΟ *vel* ΓΕΜΑΛΛΙΟ, *& legendum* ΜΙΜΑΛΛΙΟ *opinatus fuerat idem Auguſtinus, quod nomen à Mimante, Thraciæ monte, Orgia Bacchi celebrantibus datum eſt, unde bacchantes fœminæ Mimallonides dictæ. Nos autem, qui gemmam tractavimus, ſeduloque inſpeximus in Theſauro Mediceo Florentiæ, quo illata fuerat poſt obitum Leopoldi Card. Medicei, penes quem una cum aliis Auguſtini gemmis erat, deprehendimus, eam non revera carbunculum, ſed vitrum antiquum, ſeu obſidianum fictum eſſe, rubens, mire carbunculum colore imitans,* (Paſtam antiquam *vocant*), *ſummo tamen artificio inſculptum, minima ejus forma operis pretium augente, literas vero minutas, ſed elegantes tenuiſſimis ductibus inciſas, ac propterea obtutui ſeſe ſubducentes, ægre tandem legimus nomen hoc ſcalptoris conſtituere* ΠΕΡΓΑΜΟΥ, *inſignis ſane viri, ſed ob ſcriptorum ſilentium ignoti.*

Adoleſcentem ſpectare libet nudum, abſolutis corporis lineamentis, furore actum, extrema pedis anteriore parte, veluti ſaltans, terræ incumbens, altero pede elato, jactat in tergum caput capillis paſtis, ſiniſtro brachio impoſitam pendentemque tigridis pellem habet, manuque ſcyphum tenet, dextera autem manu thyrſum, & ad pedes projectum vinarium vas. Viſus eſt artifex in adoleſcente, Bacchico furore correpto, exprimendo æmulari voluiſſe Scopam, celeberrimum ſtatuarium, qui Baccham inſanientem effinxerat, à Simonide laudatam (c):

(c) Anthol. Lib. 4. pag. 436. Edit. Francof.

Quæ-

(c) Τὶς ἄδε; Βάκχα. πὸς ἦ μὲν ξέστ; Σκόπας,
Τὶς δ' ἐξέμιωε, Βάκχ@, ἢ Σκόπας; Σκόπας.

B. Picart del. et sculp. 1723.

BACCHANS.

PERGAMI · OPVS

Diaglyph. in pasta, ut ajunt, antiqua
Ex thesauro Magni Ducis Hetruriae

B. Picart sculp. 1723.

XLVIII.

ACHILLE JOUANT DE LA LYRE.

OUVRAGE DE PAMPHILE,

Gravé ſur une Cornalline.

Tiré du Cabinet du Duc de Devonshire, à Londres.

J'Ai apris qu'il ſe trouvoit à Londres dans le Cabinet du Duc de Devonshire une autre Pierre qui porte auſſi le nom de Pamphile, & qui repreſente le même Achille jouant de la Lyre; mais dans une autre attitude que celle que je viens de raporter. Neanmoins, comme je n'ai point vu l'empreinte de cette Pierre, je n'ai pas cru en devoir donner ici le deſſein. *

XLIX.

BACCHANT.

OUVRAGE DE PERGAME,

En Pâte antique rouge & tranſparente.

Du Tréſor du Grand Duc de Toſcane.

CEtte figure avoit été autrefois publiée par Leonard Auguſtin (*a*), & dans une autre Edition du même Ouvrage faite à Rome, & augmentée par le Chevalier Alexandre Maffei (*b*). L'un & l'autre ont cru que les Lettres Gravées ſur cette Pierre, qu'ils ont priſe pour un Eſcarboucle, formoient le nom de ΠΕΜΑΛΛΙΟ ou ΓΕΜΑΛΛΙΟ, & Leonard Auguſtin a prétendu qu'il faloit lire MIMAΛΛΙΟ, qui eſt le nom qu'on donnoit à ceux qui celebroient les Fêtes de Bacchus, & qui étoit pris d'une haute Montagne de Thrace, nommée *Mimas*, d'où vient que les Bacchantes étoient auſſi appellées *Mimallonides* de ce nom. Pour nous, qui avons eu cette Pierre entre les mains, & qui l'avons ſoigneuſement examinée dans le Tréſor de Medicis à Florence, où elle a été portée après la mort du Cardinal Leopold de Medicis, à qui elle avoit apartenu, comme bien d'autres du même Auguſtin, nous avons reconnu que ce n'étoit pas un Eſcarboucle, mais un Morceau de Verre, ou Pâte antique rouge & transparente qui imite parfaitement le rubis. Cette Pierre eſt gravée avec toute l'habileté poſſible, & ſa petiteſſe eſt ce qui en augmente encore le prix, pour l'excellence du travail. Les Lettres qu'on y voit ſont très petites & d'une gravure très fine & très delicate: ce qui fait qu'on a peine à les apercevoir. Nous les avons pourtant luës, non ſans quelque difculté, & nous avons obſervé qu'elles forment le nom de PERGAME, Graveur très habile, mais qui eſt inconnu à cauſe du ſilence des Auteurs.

Cette figure repreſente un jeune homme nu, dont toutes les parties du Corps ſont parfaitement bien formées. Il paroît en fureur, ne touchant la terre que du bout du pié, & aiant l'autre en l'air comme un homme qui danſe. Il a de longs cheveux qu'il rejette ſur le dos en penchant la tête en arriere; il porte ſur le bras gauche une peau de Tygre, & tient un Verre de la même main; & de la droite il tient un Thyrſe: on voit à ſes piés un Vaſe à vin, renverſé. Il ſemble que le Graveur, en exprimant la fureur Bachique dont ce jeune homme eſt transporté, ait voulu imiter Scopas, Statuaire très celebre, qui avoit fait une Bacchante en fureur louée par Simonides (*c*) en ces termes

(*a*) Pierres Antiq. Part. 1. n. 135. dans les Notes p. 53. de l'Edit. de Franek.

(*b*) Tom. 3. n. 55.

(*c*) Anthol. Liv. 4. pag. 436. Edit. de Francf.

* NB. *Cette Delicateſſe de M. de* Stoſch *n'a pas empêché* Bernard Picart, *à qui le Duc de* Devonshire *a envoyé l'Empreinte de cette Pierre, d'en donner ici le deſſein, la jugeant de la même main que la precedente, & le tems étant trop court pour en communiquer l'empreinte à* Mr. de Stoſch.

Quænam hæc? Baccha. quis vero ſculpſit? Scopas,
Quis autem furore perculſit, Bacchus an Scopas? Scopas.

Obſervandum autem eſt, tam in gemmis, quam marmoribus Bacchantes viros fœminasque fere omnes eodem corporis motu effigi ſolitos à maximis ſculptoribus, ita ut omnes Prototypum unum imitati videantur. Conjectamusque collatis cunctis ſimilibus antiquis imaginibus, hoc prototypon fuiſſe marmoreum quoddam Anaglyphum, miræ elegantiæ, & omnibus numeris abſolutum, Baccham & Bacchantem adoleſcentem, furore perculſos, referens, quod in muſeo noſtro ſervatur.

Inter antiquas gemmas, illi, à Pergamo ſculptæ, conſimiles, duæ præ ceteris notatu dignæ ſunt, Sardis inſculptæ, ab ignoto artifice Græco, quarum altera in theſauro Regis Galliarum, altera apud Ill. Malanotium, Cæſareæ ad Innocentium XIII. Pont. Max. Legationis Secretarium.

L.

EQUUS MARINUS,

PHARNACIS OPUS,

Carneolæ inſcalptum.

Ex Theſauro Farneſiano, Parmæ.

GEmmam hanc, quæ in theſauro Farneſiano Parmæ aſſervatur, ex ectypo diligenter delineatam ac æri inciſam, nobiscum pro ſua humanitate primum communicavit Excellentiſſimus D. Dominicus Pasqualigus, Senator Venetus, rei antiquariæ peritiſſimus, ac poſtea ectypon ejusdem gemmæ vidimus apud Hieronymum Equitem Odam Romæ, inſculptam à Pharnace literæ oſtendunt, ſummo profecto artifice, licet nobis ignotum ſit, quo tempore ipſe claruerit. Equum exhibet marinum, elato generoſoque capite, anteriori corporis parte prorſus equina, altera pars in piſcem deſinit flexuoſa ac ſquammoſa cauda. Monſtroſum hoc animal æqua protulit Poëtarum pictorumque quælibet audendi poteſtas, & Diis marinis plures id genus equos tribuit, quorum opera ad currus uterentur, vel iis inſiderent, quin etiam alæ additæ in nummo Græco Piſauriorum apud Harduinum (a). Græci hos equos hippocampos dixere, ſic appellatos, ut inquit Nonius, vetus Grammaticus, à flexu caudarum, quæ piſcoſæ ſunt, quod nomen etiam Latini uſurparunt. Plinius enim (b), dum recenſet Scopæ, inſignis ſcalptoris, opera: in maxima dignatione (*ait*) Cn. Domitii delubro in Circo Flaminio Neptunus ipſe & Thetis atque Achilles, Nereides ſupra Delphines & hippocampos ſedentes - *Nonius quoque idem, ab Harduino in Notis ad locum Plinii relatus, & inde ab Oleario in Philoſtratum (c) ex Nævii Ægiſto hæc allegat:*

(a) Nummi Ant. Ill. Oper. p. 138.

(b) Lib. 36. c. 5. p. m. 400.

(c) Pag. 729.

— — — — Sirenes citis
Delphino junctis vehiculis hippocamposque aſperos.

Philoſtratus in Imaginibus, loquens de equis marinis, Neptuni currum trahentibus, in tabula pictis, ſcribit (d): In hac tabula vero equis marinis junctus eſt currus ungulis in aquæ ſuperficie fluctuare valentibus ad natandum compoſitis: *quæ inter-*

(d) Lib. 1. in Neptuno vel Amimone pag. 774.

(d) Ἐντεῦθεν ὑ ἱππόκαμποι τὸ ἅρμα ἐφυδροι τὰις ὁπλαὶς, ϗ νεῦσικοι ϗ γλαυκοί.

pre-



Gem.ae
mag.o
CS.

EQVVS · MARINVS ·
PHARNACIS · OPVS
Carneolae Insculptum.
Ex Thesauro Farnesiano Parmae.

A. M. Zanetti del.

B. Picart sculp. 1723.

mes. *Quelle eſt cette Bacchante, & qui l'a gravée? Scopas. Qui l'a remplie de fureur, Bacchus ou Scopas? Scopas.*

Il faut remarquer que, tant ſur les Pierres que ſur les Marbres, les Bacchantes de l'un & de l'autre Sexe ſont preſque toutes repreſentées dans la même attitude par les plus habiles Ouvriers, en ſorte qu'ils paroiſſent tous avoir voulu imiter un ſeul & même modele. Après avoir confronté toutes ces anciennes Images qui ſe reſſemblent, nous penſons que le Modele a été un Marbre taillé en boſſe d'un excellent travail & d'une perfection achevée, qui repreſente un jeune Homme & une femme transportez des fureurs de Bacchus, que j'ai dans mon Cabinet.

Entre les anciennes Pierres, ſemblables à celle-ci gravée par Pergame, il y en a deux qui ſont dignes de remarque gravées par un Ouvrier Grec inconnu; ce ſont deux Cornallines, dont l'une ſe conſerve dans le Tréſor du Roi de France, & l'autre eſt entre les mains de M. Malanoti, ci-devant Secretaire de l'Ambaſſade Imperiale auprès du Pape Innocent XIII.

L.

CHEVAL MARIN.

OUVRAGE DE PHARNACE.

Gravé ſur une Cornalline.

Du Tréſor Farneſe, à Parme.

CEtte Pierre, qui ſe garde dans le Tréſor Farneſe à Parme, & dont l'Empreinte a été exactement deſſinée & gravée ſur l'airain, nous a été communiquée par M. Dominique Paſqualigo, Senateur de Veniſe, très verſé dans la connoiſſance des Antiques. Nous en avons vu enſuite l'Empreinte à Rome chez M. le Chevalier Odam. L'Inſcription qu'elle porte marque qu'elle a été gravée par Pharnace, Ouvrier très-habile, quoi-que nous ne ſachions pas le tems auquel il a vécu. Elle repreſente un Cheval Marin aiant la tête élevée & pleine de feu: la partie anterieure du Corps eſt véritablement de cheval; mais la partie poſterieure eſt de Poiſſon, ſe terminant en replis tortueux & en une queuë couverte d'écailles. Les Peintres & les Poëtes, à qui il eſt également permis de feindre, repréſentent ce monſtrueux animal chacun à leur fantaiſie, & donnent pluſieurs de ces chevaux aux Dieux Marins, tantôt pour les atteler à leurs chars, & tantôt pour leur ſervir de monture: quelquefois même ils leur donnent des aîles, comme on le voit ſur une Medaille Grecque des Piſauriens raportée par Hardouin (*a*). Les Grecs, au raport de Nonius ancien Grammairien, appeloient ces Chevaux *Hippocampes*, à cauſe de leur queuë tortueuſe & ſemblable à celle des Poiſſons: Nom que les Latins leur ont auſſi donné dans la ſuite; Car dans le denombrement que Pline (*b*) fait des Oeuvres du celebre Graveur Scopas, il dit que *les plus eſtimez, que l'on voyoit dans le Temple de Cn. Domitius dans le Cirque Flaminien, c'étoient le Neptune, la Thetis, l'Achille, & les Nereïdes aſſiſes ſur des Dauphins & ſur des Hippocampes, c'eſt-à-dire des Chevaux Marins.* Voici ce que dit le même Nonius cité par Hardouïn dans ſes Notes ſur cet endroit de Pline, & enſuite par Olearius ſur Philoſtrate (*c*) tiré de l'Egiſte de Nævius: *Les Sirenes étoient portées ou ſur des Dauphins, ou ſur des Chevaux Marins.*

(*a*) Medailles antiq. des Hommes illuſt. p. 138.

(*b*) Liv. 36. Ch. 5. p. m. 400.

(*c*) Pag. 729.

Philoſtrate, dans ſes Images, parlant des Chevaux Marins attelez au Char de Neptune, & repreſentez dans un Tableau (*d*), dit que *ce Char étoit tiré par des Chevaux dont la Corne étoit faite exprès pour nager ſur la ſurface des eaux.* Mais ce Com-

(*d*) Liv. 1. Art. de Nept. ou d'Amimon p. 774.

pretatio non plane satisfacit, paucioribus enim verti poterat, ac fere disertim: hîc vero equi marini ad currum juncti aquaticis ungulis, natatiles & cæsii. *Idemque auctor in Heroicis Peleum describens ex Pelio monte Thetidem, quæ ad eum adventabat, inspicientem, eam repræsentat ludentem ac inequitantem* (e) Delphinis & equis marinis: *In templo quoque Dotonis Nereidis in Gabalis, ut auctor est Pausanias* (f), *præter Neptunum & Castorem insculptus erat* Equus, cujus quæ sunt infra pectus partes ceti figuram præferunt.

(e) Cap. 19. pag. 729.

(f) In Corinthiacis S. Lib. 2. pag. 113.

LI.

THESEUS,

PHILEMONIS OPUS,

Sardonychi inciſum.

Ex Theſauro Imp. Cæſ. Caroli VI. P. FEL. AU. CATH. Vindobonæ.

INſignem ſingulari artificio inſculptam Sardonychi imaginem damus, quæ in theſauro Vindobonenſi invicti Cæſaris Caroli VI. Hiſp. Reg. Cath. ſervatur, cujus videndi deſumendique ectypon facultatem nobis ipſemet Clementiſſimus Imperator conceſſit, delineatamque inſpicere dignatus eſt. Princeps enim pace belloque clariſſimus ad relaxandum à curis animum hisce antiquarum rerum ſtudiis mire delectatur, quarum copiam inter ipſos armorum ſtrepitus ſibi paravit, novaque avitæ Dactyliothecæ, toto orbe celeberrimæ, addidit ornamenta.

Juvenis ille admirabundus, qui obliquo vultu ac fere averſus ſtat, virileque robur & animi virtuti reſpondens, nudo athleticoque in corpore oſtendit, Theſus eſt, Ægeo Oetraque natus, dextera manu clavam, Periphetæ, Vulcani filio, olim ablatam, tenet, de qua Plutarchus (a): Ac primum in finibus Epidauri Peripheten, qui pro armis clava utebatur, ideoque Coryneta appellabatur, apprehendentem ipſum & vetantem progredi, congreſſus cum eo interfecit (*Theſeus*,) oblectatus clava, cepit eam pro armis, qua deinceps eſt uſus. *Conſonat Apollodorus* (b): Primum quidem, Periphetem, Vulcani & Anticleæ filium, qui quod clavam geſtaret, Coryneta dicebatur, ad Epidaurum occidit, qui, cum imbecillis pedibus eſſet, ferrea clava munitus viatores interficiebat: quam ex illo præreptam Theſeus ipſe ferre conſuevit. *Plerique etiam alii antiqui heroes clava uſi ſunt, ſic apud Homerum Areithous* (c):

Ferratæque acies ſternebat robore clavæ.

Prærupta viſitur longe rupes, cui ædificium impoſitum eſt è quadrato lapide, fornicato oſtio, è quo monſtrum exanime dimidio corpore extat, humi ſtratum, projectoque ſiniſtro brachio, taurinum caput habens, cetera vero membra humana. Monſtrum hoc Minotaurum refert, à Minoe incluſum labyrintho, quem ædificio illo indicavit artifex, ibique à Theſeo occiſus eſt. Licet autem in veteribus nummis Minotaurus corpore bubulo, vultu tantum humano expreſſus inſpiciatur; Mythologi tamen eum forma hac, qua in gemma viſitur, fuiſſe perhibent; quam ſententiam ejusdem gemmæ cælator ſecutus eſt. Apollodorus (d): Hæc autem (*Paſiphaë*) peperit Aſterium, qui Minotaurus dictus eſt, hic habebat faciem taurinam, reliqua humana.

(a) In Theſeo Op. Tom. 1. pag. 4.

(b) Biblioth. Lib. 3. c. 15. Hiſt. Poët. Gale p. 238.

(c) Iliad. H. verſ. 141.

(d) Dicto Lib. 3. c. 4. pag. 151.

In

(e) Ἐπὶ δελφίνων τε, καὶ ἱππακάμπων.

(f) Ἱππῳ εἰκασμένῳ κήτει τὰ μὲν τὸ ἔμπροσθεν.

(a) Πρῶτον μὲν ἐν τῇ Ἐπιδαυρίᾳ Περιφήτῃ ὅπλῳ χρώμενον κορύνῃ, καὶ ἀφ' ἑτέρου Κορωνήτῃ ὀνομαζομένῳ, ἀπὸ τοῦ κορύνην αὐτὸν καὶ κολούοντα φέρειν, συμβαλὼν ἀπέκτεινεν. Ἡσθεὶς δὲ τῇ κορύνῃ λαβὼν, ὅπλον ἐποιήσατο καὶ διετέλει χρώμενος.

(b) Πρῶτον μὲν γὰρ Περιφήτῃ τὸν Ἡφαίστου καὶ Ἀντικλείας (ὃς ἀπὸ τῆς κορύνης, ἣν ἐφόρει, Κορωνήτης ἐκαλεῖτο) ἔκτεινεν ἐν Ἐπιδαύρῳ. Πόδας δὲ ἀσθενεῖς ἔχων ἦν, ἐφόρει κορύνην σιδηρᾶν, ἀφ' ἧς τοὺς παριόντας ἔκτεινε.

(b) —— σιδηρείην κορύνην ῥήγνυσκε Φάλαγγας.

(d) Ἡ δὲ Ἀστέριον ἐγέννησε τὸν κληθέντα Μινώταυρον, ὃν εἶχε ταύρου πρόσωπον, τὰ δὲ λοιπὰ ἀνθρώπου.



Gem.ᵉ
magᵃ.

THESEVS·
PHILEMONIS· OPVS
·Sardonychi tralatum·
Ex Thesauro Imp·CAES·CAROLI VI PF AVG·e Vindobonae

B. Picart del. et sculp. 1722.

Commentaire ne me paroît pas tout à fait juſte; on pouvoit dire en moins de mots & avec plus de vérité, que *les Chevaux attelez à ce Char avoient la Corne aquatique, qu'ils étoient propres pour nager, & que leur couleur étoit bleuë-Turquin.* Le même Auteur, dans la Deſcription qu'il fait de Pelée conſiderant Thetis qui vient à lui du Mont Pelius, la repreſente (*e*) aſſiſe en badinant *ſur des Dauphins & des Chevaux Marins.* De même Pauſanias raporte que dans le Temple de la Nereïde Doton qui étoit dans la Ville de Gabale, outre Neptune & Caſtor (*f*), qui y étoient gravez, on y voyoit auſſi un Cheval dont les parties depuis la poitrine avoient la forme d'un gros Poiſſon.

(e) Ch. 19. p. 729.

(f) Dans ſes Corinthiaques Liv. 2. p. 113.

LI.

THESE'E.
OUVRAGE DE PHILEMON,
Gravé ſur une Sardoine.
Du Tréſor de l'Empereur Charles VI. à Vienne.

VOici une Pierre parfaitement bien gravée, qui ſe garde à Vienne dans le Tréſor de l'Empereur Charles VI., qui a bien voulu nous permettre de la voir & d'en tirer l'empreinte, & qui n'a pas dedaigné de conſiderer le deſſein que nous en avons fait faire; car ce Prince également illuſtre dans la Paix & dans la Guerre, pour ſe délaſſer des ſoins du Gouvernement, prend un ſingulier plaiſir à la recherche de ces ſortes d'Antiques, dont il a raſſemblé un grand nombre au milieu même du tumulte des armes, aiant ajouté quantité de Piéces curieuſes au Cabinet de ſes Ancêtres déja ſi celebre par tout l'Univers.

Ce jeune homme plein d'admiration, que l'on voit ici debout, par derriere, aiant le viſage de profil & dont le corps nu eſt repreſenté avec une force d'Athlete, qui répond merveilleuſement à ſon courage, eſt Theſée fils d'Egée & d'Oetra. Il tient de la main droite la Maſſuë qu'il avoit autrefois enlevée à Periphete; fils de Vulcain, & dont Plutarque parle en ces termes (*a*): *Theſée aiant rencontré ſur les confins d'Epidaure Periphete, qui avoit pour armes une Maſſuë, & qui étoit appelé Cornetes ou porte-Maſſuë par cette raiſon, & voyant qu'il le ſaiſiſſoit pour l'empêcher de paſſer, le prit au corps & le tua; puis prenant ſa Maſſuë, il ſe fit un plaiſir de la porter pour armes.* Apollodore (*b*) dit la même choſe: *Periphete, fils de Vulcain & d'Anticlée, appelé Corynete parce qu'il portoit une Maſſuë ferrée, dont il aſſommoit les paſſans, à cauſe qu'il avoit les piés foibles, aiant été tué par Theſée, ce Heros lui prit ſa Maſſuë, & la porta preſque toujours depuis.* Pluſieurs autres anciens Heros avoient auſſi une Maſſuë pour armes: c'eſt ainſi qu'Areithous dit dans Homere (*c*):

(a) Vie de Theſée Tom. 1. p. 4.

(b) Bibl. Liv. 3. Ch. 15. Hiſt. Poët. de Gale pag. 238.

(c) Iliad. Liv. 7. vers. 141.

Par les coups redoublez de ſa dure Maſſuë
Il couvroit les champs de corps morts.

Près de lui eſt un Rocher élevé ſur lequel on voit un Bâtiment de pierres quarrées, avec une porte, de laquelle ſort à demi-corps un Monſtre ſans vie, couché par terre, aiant le bras gauche étendu. Ce Monſtre, qui a la tête de Taureau, & le reſte des membres comme ceux de l'Homme, reſſemble au Minotaure que Minos enferma dans le Labyrinthe, repreſenté par l'Edifice que l'on voit ici, & qui fut tué par Theſée. Car quoi-que ſur les Medailles Antiques le Minotaure ſoit repreſenté avec un Corps de Bœuf & ſeulement le Viſage d'Homme, cependant les Mythologiſtes le depeignent tel qu'on le voit ici, & ce ſentiment a été ſuivi par celui qui a gravé cette Pierre. Voici comme en parle Apollodore (*d*): *Paſiphaë fut mere d'Aſterius, appelé Minotaure, qui avoit la Tête de Taureau, & le reſte des Membres d'Homme.*

(d) Liv. 3. c. 4. p. 151.

In hac gemma explicanda multum nobis adjumento fuit eruditiſſima Epiſtola, ſcripta Illuſtriſſimo Leni Strozzio τῷ μακαρίτῃ à Domino Emanuele Martino, Eccl. Atonenſis Decano Hiſpano, viro antiquitatis omnis ſcientiſſimo.

LII.

FAUNI CAPUT,

PHILEMONIS OPUS,

In Paſta (ut aiunt) antiqua.

Ex Dactylioth. Strozzianæ Ectypis, Romæ.

AB eodem artifice Fauni imago obſidiano vitro inſculpta eſt, rugoſo vultu effictus eſt, ſimo naſo, acutis auribus, ore ridenti, circa pectus obvoluta eſt hinnuli pellis, uſitatum in Orgiis indumentum, unde Bacchus ipſe νεβριοδόπεπλος *dicitur in Græco carmine (a). Caput redimitum hedera eſt, arbore eidem numini dicata, ut diximus, cujus Fauni viri appetentiſſimi aſſeclæ erant.*

(a) Anthol. Lib. 1. p. 821.

LIII.

AMOR LEONEM DOMANS,

PLOTARCHI OPUS,

Ex Sardonyche Anaglyph. exſcalptum.

Ex Theſauro Magni Ducis Hetruriæ.

ELegantiſſimum opus exhibemus ex Sardonyche exſcalptum, quod in theſauro M. Ducis Hetruriæ aſſervatur, eidem ab Abb. Andrea Andreinio dono oblatum: artificis nomen, Plotarchi ſcilicet, gemmæ legitur inſcriptum, Dorica nempe dialecto, ut obſervavit Eques P. Alexander Maffejus, qui hanc eandem gemmam delineatam vulgavit (a): ex quadam lineamentorum ſimilitudine apparet, ſcalptorem hunc condiſcipulum fuiſſe Tryphonis, clari æque viri, qui nuptias Amoris & Pſyches expreſſit, quas infra tradimus, licet neſcio, quo fato, eorum nomina ſcriptores præterierint, quia forte, ut ait Plinius (b), multorum obſcurior fama eſt, quorundam claritati in operibus eximiis obſtante numero artificum, quoniam nec unus occupat gloriam, nec plures pariter numerari poſſunt.

(a) Giunte alle gemme dell' Agoſtini Tom. 3. No. 12.

(b) Lib. 36. cap. 5. p. m. 400.

Viſitur in gemma Amor puer alatus, lyram pulſans, rugienti leoni inſidens, ad demonſtrandam amoris vim ac potentiam, quæ feroces animos blanditiis emollit ac vincit. Pauſiam, veterem pictorem, narrat Pauſanias, Cupidinem pinxiſſe, qui (c) ſagittas ac arcum omittit, ac lyram pro illis ſumit: Amorem Cytharædum, antiquæ gemmæ inciſum, exhibuit etiam Pignorius (d), multisque in muſeis ſimiles reperiuntur, quas omnes antiquitus ab hoc Plotarchi opere poſterioris ævi artifices deſumſiſſe videntur.

(c) Lib. 2. in Corinthiac. p. 134.

(d) Aggiunte alle imagini delli Dei del Cartari pag. 420.

(c) Βέλη μὲν καὶ τόξον ἀφεικὼς, λύραν δ' ἀντὶ αὐτῶν ἁρμόζων φέρει.

Pasta magnit.

FAVNI · CAPVT ·
PHILEMONIS · OPVS
In Pasta, ut aiunt, antiqua.
Ex Dactyliothe. Strozziana Eclypsis Romæ

B. Picart sculp. 1722.



AMOR · LEONEM · DOMANS ·

PLOTARCHI · OPVS

Ex · Sardonyche · Anaglyph. excalpium.
Ex · Thesauro · Magni · Ducis · Hetruriæ.

B. Picart sculp. 1722.

Nous nous ſommes ſervi très utilement pour l'explication de cette Pierre, de la ſavante Lettre écrite à feu M. Leni Strozzi par M. Emmanuël Martin, Eſpagnol, Doyen de l'Egliſe d'Alicante, Prélat très verſé dans l'Antiquité.

LII.

TÊTE DE FAUNE.

OUVRAGE DE PHILEMON,

En Pâte antique.

Tiré des Empreintes du Cabinet de Strozzi, à Rome.

CEtte Tête de Faune, gravée en Pâte antique, eſt du même Ouvrier; elle a le viſage ridé, le nez camus, les Oreilles pointuës, la bouche riante, & une peau de Mulet attachée autour du Cou. C'étoit l'ornement ordinaire que l'on portoit dans les Bacchanales: ce qui fait que Bacchus eſt appelé dans un Poëme Grec (*a*) d'un nom qui ſignifie *vêtu de peau de mulet.* Cette Tête eſt couronnée de Lierre, arbre, comme nous l'avons dit, que étoit conſacré à Bacchus, parce que les Faunes aimoient fort le vin, & qu'ils étoient de la ſuite de cette Divinité.

(a) Anthol. Liv. 1. p. 821.

LIII.

L'AMOUR DOMPTANT UN LION.

OUVRAGE DE PLOTARQUE,

Gravé ſur une Sardoine.

Du Tréſor du Grand Duc de Toſcane.

VOici un Ouvrage parfaitement beau, gravé ſur une Sardoine, qui ſe conſerve dans le Tréſor du Grand Duc de Toſcane, à qui l'Abbé André Andreini en a fait préſent. On y lit le nom du Graveur appelé Plotarque, en Caracteres Doriques, comme l'a obſervé le Chevalier Alexandre Maffei, qui a publié (*a*) le deſſein de cette même Pierre. Il paroît par la reſſemblance des traits que ce Graveur étoit condiſciple de Triphon, ouvrier celebre, qui a gravé les Nôces de Pſiché & de Cupidon, que nous raporterons ci-après. Je ne ſai par quelle fatalité les Ecrivains ne font aucune mention de ces deux Graveurs, ſi ce n'eſt peut-être, comme dit Pline (*b*) *que l'obſcurité de quelques-uns ne vienne du grand nombre d'Ouvriers, dont les Ouvrages excellens ſe faiſoient ombrage les uns aux autres, parce qu'il eſt également difficile & qu'un ſeul remporte toute la gloire, & que l'on puiſſe compter tous ceux qui peuvent la mériter.*

(a) Dans les Pierres jointes à celle d'Auguſtin, Tom. 3. n. 12.

(b) Liv. 36. Ch. 5. p. m. 400.

On voit ici Cupidon, Enfant aîlé, jouant de la Lyre & monté ſur un Lion rugiſſant, pour montrer la force & le pouvoir de l'Amour, qui vient à bout d'adoucir & de dompter les naturels les plus feroces. Pauſanias (*c*) raporte qu'un ancien Peintre, nommé Pauſias, avoit peint l'Amour *quittant ſon arc & ſes flêches & prenant une Lyre à la place.* Pignorius (*d*) a auſſi publié une Pierre gravée où eſt repreſenté l'Amour jouant de la Lyre; & l'on en trouve pluſieurs toutes ſemblables en divers Cabinets, qui toutes paroiſſent avoir été faites par les Ouvriers modernes d'après cet Ouvrage de Plotarque

(c) Corinth. Liv. 2. p. 134.

(d) Joint aux Images des Dieux du Carteri, p. 420.

LIV.

DIOMEDES PALLADIO POTITUS,

POLYCLETI OPUS,

Sardæ inciſum.

Ex Dact. Stoſchianæ eclypis.

Olim Abb. Petri And. Andreinii, Florent.

POlycletem Sicionium, Ageladis diſcipulum, Olympiade 87. floruiſſe, auctor eſt (a) Lib. 34. c. 8. p. m. 379. *Plinius (a), atque ſtatuaria arte adeo inclaruiſſe, ut ſignum fecerit*, quod Canona artifices vocant, lineamenta artis ex eo petentes, velut à lege quadam, ſolusque hominum artem ipſe feciſſe artis operâ judicatur: *ideoque merito illum veteres Scriptores certatim laudibus extulere, quos congeſſit Franciſcus Junius (b), qui etiam ejusdem opera ſingulatim recenſet, quæ priſcis illis ingenuarum artium cultoribus admirationi fuere: nec tamen idem artifex, nominis celebritate notiſſimus, minutioribus hisce imaginibus, gemmis inſculpendis, operam dare dedignatus eſt, imo etiam laudamus*, ob lucernam, quam Perſæ fabricatus eſt, *ut ex Moſchione refert Athenæus (c). Diomedem itaque Sardæ incidit Palladio potitum, eodem prorſus corporis ſtatu, quo Dioſcorides Felix & Solon ut alibi diximus, æmulatione forſan artis effinxere.*

(b) In Catalogo Sculpt. pag. 167.

(c) Lib. 5. c. 9. p. 206.

LV.

ALEXANDER M. MACEDO,

PYRGOTELIS OPUS,

Ex Sardonyche Anaglyphice exſcalptum.

In Theſauro Ser. Princ. Lotharii Franciſci, Electoris Moguntini.

Eximius inter ſculptores Pyrgoteles floruit Olymp. 112. *ante Chriſtum natum* 332. *A. V. C.* 422. *Alexandro M. regnante, apud quem eo in honore fuit, ut edictum proponeret:* quo vetuit in gemma ſe ab alio ſcalpi, quam à Pyrgotele, non dubie clariſſimo artis ejus, *ut ait Plinius (a)*: Idem hic Imperator (*Alexander*) edixit, ne quis ipſum alias, quam Apelles pingeret, quam Pyrgoteles ſculperet, quam Lyſippus ex ære duceret: *Conſonat Apuleius (b)*: Edixit (*Alexander*) univerſo orbi ſuo, ne quis effigiem Regis temere aſſimilaret ære, colore, cælamine, quin ipſe ſolus eam Polycletus ære duceret, (*hîc memoriâ ſcriptor lapſus eſt, ac Polycletum pro Lyſippo dixit, ut hunc errorem ſecutus eſt Crinitus (c), cum Polycletus ante Alexandrum Olympiade nempe* 87. *floruerit, teſte Plinio (d)*,) ſolus Apelles coloribus delinearet, ſolus Pyrgoteles cælamine excuderet-

(a) Lib. 37. c. 1. p. m. 411. & lib. 7. cap. 37. p. m. 73.

(b) In Floridis lib. 1. p. m. 333.

(c) De Hon. Diſcipl. lib. 16. c. 7.

(d) Lib. 34. cap. 8. p. m. 319.

(c) Ἐπὶ τῷ λυχνίῳ τῷ καλαμσκοδαιθέντι τῷ Περσῃ.



B. Picart sculp. 1723.

B. Picart delineavit et sculpsit 1709.

LIV.

DIOMEDE AIANT ENLEVE' LE PALLADIUM.

OUVRAGE DE POLYCLETE,

Gravé ſur une Cornalline.

Tiré des Empreintes du Cabinet de Philippe de Stoſch.

Apartenant autrefois à M. l'Abbé Pierre André Andreini, Noble Florentin.

POlyclete de Sicione, Diſciple d'Agelade, floriſſoit, au raport de Pline (*a*), vers la 87. Olympiade; & il étoit ſi habile dans l'art de la Sculpture, qu'il fit une Statuë *que les Maîtres ont appelé par excellence la Regle ou le Modele, parce qu'ils ſe faiſoient une Loi d'en imiter les traits, & que l'on jugé qu'il étoit le ſeul, qui par la force de ſon Art en ait donné des Regles aux Hommes.* C'eſt pour cela que ſes Louanges ont été celebrées à l'envi par les anciens Auteurs recueillis dans le Catalogue de François Junius (*b*), qui fait auſſi le denombrement de ſes Ouvrages, comme aiant été admirez en ces tems-là par tous les Amateurs des beaux Arts. Et cependant cet excellent Ouvrier, dont le nom étoit ſi celebre, n'a pas jugé indigne de lui de graver en Pierre les plus petites figures; il mérite même nos Eloges *pour la Lampe qu'il fabriqua pour Perſes.* Comme le raporte Moſchion, & après lui Athenée (*c*). Il a donc gravé ſur cette Sardoine Diomede raviſſeur du Palladium, & cela dans la même attitude où Dioſcoride, Felix, & Solon l'ont repreſenté, en quoi peut-être ils ont travaillé à l'envi l'un de l'autre.

(*a*) Liv. 34. Ch. 8. p. m. 379.

(*b*) Catal. des Sculpt. p. 167.

(*c*) Liv. 5. Ch. 9. p. 206.

LV.

ALEXANDRE LE GRAND DE MACEDOINE.

OUVRAGE DE PYRGOTELE,

Gravé ſur une Sardoine.

Du Tréſor du Prince Lothaire-François, Electeur de Mayence.

PYrgotele, Graveur très celebre, floriſſoit vers la 112. Olympiade, 332. ans avant la Naiſſance de J. C. & 422. depuis la fondation de Rome, ſous le Régne d'Alexandre le Grand, auprès de qui il étoit en ſi grande eſtime, que ce Prince fit un Edit, *pour défendre que perſonne n'entreprît de graver ſon Portrait en Pierre*, que Pyrgotele, dont l'habileté dans cet Art eſt ſuffiſamment prouvée par ce témoignage de Pline (*a*). *Ce même Prince defendit par un autre Edit, qu'aucune autre qu'Apelles ne le peignît, qu'aucun autre que Pyrgotele ne gravât ſa figure en Pierre, & qu'aucun autre que Lyſippe ne la gravât ſur l'Airain.* Apulée (*b*) raporte la même choſe; *Alexandre*, dit-il, *fit defenſe dans toute l'étenduë de ſes Etats que perſonne n'eût la hardieſſe de faire ſon Portrait ni en Cuivre, ni en Couleur, ni en Gravure en pierre, excepté le ſeul Polyclete, à qui il fut permis de la mettre en Cuivre.* Mais cet Auteur s'eſt trompé, aiant pris Polyclete pour Lyſippe. Crinitus (*c*) a auſſi fait la même faute; & l'on ne peut douter que ce n'en ſoit une, puiſque Polyclete floriſſoit vers la 87. Olympiade, & par conſequent avant Alexandre, comme Pline (*d*) le raporte. *Le ſeul Apelles*, dit-il, *pouvoit peindre Alc-*

(*a*) Liv. 37. Ch. 1. p. m. 411. & Liv. 7. Ch. 37. p. m. 73.

(*b*) Dans ſes fleurs Liv. 1. p. m. 333.

(*c*) De la Diſcipl. Hon. Liv. 16. c. 7.

(*d*) Liv. 34. c. 8. p. m. 319.

deret-eo igitur omnium metu factum est, ut ubique imaginum summus esset, utque omnibus statuis, & tabulis, & toreumatis idem vigor acerrimi bellatoris, idem ingenium maximi honoris, eadem forma viridis juventæ, eadem gratia relicinæ frontis cerneretur. *Contemplari itaque licet fortissimi ac felicissimi Principis Protomen, totam fere extantem Sardonyche à celeberrimo artifice exsculptam, quam inter pretiosa thesauri sui cimelia servat Clementissimus Princeps Lotharius Franciscus, Elector Moguntinus, cujus summæ humanitati multum debere me fateor, cum ea inspiciendi facultatem ipse dederit. Juvenilis vultus est, qualem nobis scriptores delinearunt, oblongus quidem, sed florens ac succulentus, oculi mites, ac contractis aliquantulum superciliis cœlum quodammodo intuentes, de quibus Archelaus, seu Asclepiades (e) epigrammate in ejusdem Alexandri à Lysippo effictum simulacrum:*

(e) Anthol. Lib. 4. pag. 454. Edit. Vechel.

Intuenti simile est in cœlum videns.

(f) Chiliad. XI. n. 368.

Sed plenius Tzezes (f):

Rex maximus Alexander Philippi
Cæsium unum oculum habuisse narratur ab omnibus,
Nigrum autem alterum, oculis talis
Erat autem & pressi colli & obtorto collo,
Ut videretur cœlum versus intendere hoc,
Talem & Lysippus illum æreum fecit.

Nasus est decens ac rectus, tenuia labra ac hiantia leniter, ut appareant dentes apte collocati, delicatum mentum, collum procerum, ac cervix ad sinistrum humerum molliter inclinata, de qua re audiendus Plutarchus (g): Corporis ejus (*Alexandri*) figuram Lysippi statuæ maxime demonstrant, à quo voluit solo fingi, etenim, quam præcipue successores ejus complures, post & amici, æmulati sunt, projectam cervicem, & in sinistrum humerum modice propensam, oculorumque lenitatem ad unguem expressit ille artifex: *Brevis frons, ac capilli cum malarum lanugine confusi, sensim elati, recrispi, ac in occiput modice reflexi, unde Apulejus* relicinam frontem *eadem ratione, qua relicinam comam, Marsyæ describens (h), dixerat; sed apertius de his Plutarchus:* (i) Surrecta jam modice coma, oculorumque lenis modulatio reddebat faciei ejus (*Pompeii*) magis usurpatam sermonibus, quam repræsentatam cum Alexandri Regis statuis similitudinem.

(g) In Alex. Op. Tom. 1. p. 666.

(h) p. m. 330.

(i) In Pompeio init. p. 619.

Pectus latum, ac papillæ ad decus leniter prominentes: leonino ritu caput tegitur, dependente per tergum villosa pelle, quem sane ornatum Macedonum Reges usurparunt, ad demonstrandam suam per Caranum ab Hercule originem, quod testatur Constantinus VII. Porphyrogenitus Imperator, de ipsis loquens (k): Ideoque (*Macedonum Reges*) pro redimiculo & corona & purpura regia, leonini capitis exuvio se redimiunt, atque hoc gestamen coronam & ornatum esse censent, eoque magis quam pretiosis lapidibus & unionibus se decorari putant, ac testis hujus rei fide dignus est nummus Alexandri Macedonis, ejusmodi figura insignitus.

(k) De Thematibus Imperii Them. 2. Lib. 2. p. 85. Edit. Meurs.

LVI.

(e) Λύδασιλι δ' ἔοικεν ὁ χάλκεος ἐς Δία λεύσων.

(f) Ὁ βασιλεὺς ὁ μέγας Ἀλέξανδρος Φιλίππε
Γλαυκὸν τ' ἕνα ὀφθαλμὸν ἔχειν τρύλλει πᾶσι,
Μέλανα δ' τ' ἕτερον τοῖς ὀφθαλμοῖς τοιοῦτος
Ἦν δ' κ' σιμοτράχηλος, κ' ἀδρὰ τραχηλῶν ἦ
Ὥστε δοκεῖν πρὸς ὄρανὸν ἐνατενίζειν τοῦτον,
Τοιοῦτον κ' ὁ Λύσιππος ἐκεῖνον ἐχαλκεύσε.

(g) Τὶω μὲν ἓν ἰδέαν ἓ σώματος, οἱ Δυσίππειοι μάλισα τ' ἀνδριάντων ἐμφαίνεσιν. ὑφ' ἓ κ' αὐτὸς ἠξίε πολλάκις, κ' γὸ μάλισα πολλοὶ τ' Διαδόχων ὕσερον κ' τ' φίλων ἀπεμιμεῖτο, τὶω τε ἀνάτασιν ἓ αὐχένος εἰς εὐώνυμον ἠσυχῆ κεκλιμένε, κ' τὶω ὑγρότητα τ' ὀμμάτων Διαπετήρηκεν ἀκριβῶς ὁ τεχνίτης.

(i) Ἦν τις, κ' ἀναξολὴ τ' κόμης ἀθρέσαι, κ' τ' πρὸς τὰ ὄμματος ῥυθμῶν ὑγρότης ἓ περισάσε πιθανὸν μάλλον λεγομένου, ἢ Φαινομένου ὁμοιότητος πρὸς Ἀλεξάνδρε ἓ βασιλέως εἰκόνας.

(k) Διὸ κ. ἀντὶ ταινίας, κ' στεμμάτος, κ' περφύρας βασιλικῆς τῷ δέρματι ἓ λέοντος ἑαυτὸς κοσμοῦσι, κ' στέμμα τοῦτο, κ' κόσμον ἡγοῦνται, κ' ὑπὲρ πάντα λίθον, κ' μάργαρον ἀξιόπιστον αὐτὸ τὸ νόμισμα ἓ Μακεδόνος Ἀλεξάνδρε, τοιαύτης εἰκόνι καλλωπιζόμενον.

Alexandre, le ſeul Pyrgotele pouvoit tailler ſa figure en marbre. La crainte de déplaire à ce Prince eſt la cauſe que nous n'avons de lui que des Portraits excellens; & que ſoit dans les Statuës, dans les Tableaux, ou dans les Medailles où il eſt repreſenté, on voit par tout la même vigueur guerriere, la même Majeſté, la même fleur de jeuneſſe, la même grace ſur ſon front. On voit donc ici le Buſte iſolé de ce Prince également heureux & courageux; gravé de la main de ce celebre Ouvrier, ſur une Sardoine qui ſe garde précieuſement dans le Tréſor du Prince Lothaire-François, Electeur de Mayence, qui a eu la bonté de me la faire voir lui-même. Le Viſage eſt d'un jeune homme, tel que les Ecrivains nous l'ont repreſenté, un peu long, mais fleuri & aſſez potelé. Il a les yeux doux, & ſemble froncer un peu les ſourcils pour regarder vers le Ciel. C'eſt ce que dit Archelaüs ou Aſclepiade (*e*) dans ſon Epigramme ſur le Portrait d'Alexandre fait par Lyſippe:

(*e*) Anthol. Liv. 4. p. 454. Edit. de Vechel.

Ce Prince vers le Ciel ſemble lever les yeux.

Tzezes en fait une Deſcription plus complette, en ces termes (*f*): *Alexandre le Grand, fils de Philippe, avoit, au raport de tous les Hiſtoriens, un œil bleu pers, & l'autre noir; ſon Col étoit un peu ſerré & de travers, ce qui le faiſoit paroître regardant vers le Ciel. Lyſippe l'a ainſi repreſenté dans le Portrait de ce Prince qu'il a gravé ſur l'Airain.* Son nez eſt droit & très bien fait, ſes Lévres ſont petites & ſuffiſamment ouvertes pour laiſſer voir ſes dents qui ſont bien rangées. Il a le menton delicat & le col long, & penche un peu la tête ſur l'épaule gauche. Ecoutons ce qu'en dit Plutarque (*g*): *La figure du Corps d'Alexandre eſt tres bien repreſentée dans les Statuës de Lyſippe, à qui ſeul il a été permis de faire le Portrait de ce Prince, qui a enſuite été imité par pluſieurs de ſes Succeſſeurs & Amis. Il a le col aſſez long, & la tête un peu penchée ſur l'épaule gauche, & l'Ouvrier a ſur tout parfaitement bien exprimé la douceur de ſes yeux:* Il a le front étroit, & ſes cheveux, confondus ſur ſes jouës avec le poil qui y pouſſe, ſont friſez ſur le front & mediocrement relevez en arriere. De là vient qu'Apulée dit qu'il *a le front droit*, & que Marsyara (*h*) donne auſſi le même nom à ſa chevelure, dans la deſcription qu'il en a faite. Mais Plutarque en parle d'une maniere encore plus préciſe (*i*) en faiſant le Portrait de Pompée: *Ses cheveux un peu relevez ſur le front, & la douceur qui paroiſſoit dans ſes yeux, eſt ce qui le faiſoit paſſer pour reſſembler à Alexandre, quoi-qu'il ne lui reſſemblât pas en effet, comme on en peut juger par ſes Statuës.*

(*f*) Chiliad. XI. n. 368.

(*g*) Vie d'Alexand. Tom. 1. p. 666.

(*h*) p. m. 330.

(*i*) Vie de Pompée, au Commenc. p. 619.

Il a la poitrine large, & les mamelles aſſez élevées; ſa tête eſt couverte d'un Muſle de Lion dont la peau lui deſcend ſur les épaules: ce qui étoit l'Ornement ordinaire des Rois de Macedoine, pour montrer qu'ils deſcendoient d'Hercule par Caranus. C'eſt ce que nous aprenons de l'Empereur Conſtantin VII. Porphyrogenete, qui parle d'eux en ces termes (*k*): *Les Rois de Macedoine, au lieu de Diademe, de Couronne & de Pourpre Royale, portent la dépouille d'une Tête de Lion: ce qu'ils tiennent à plus grand honneur, que de ſe couronner de Perles & de Pierres précieuſes, c'eſt de quoi l'on peut voir une preuve indubitable dans une Medaille d'Alexandre de Macedoine, où ſa figure eſt ainſi repreſentée.*

(*k*) Des Sujets de l'Empire: Sujet 2. Liv. 2. p. 85. de l'Edit. de Meurſius.

LVI.

PHOCION,

PYRGOTELIS OPUS,

Ex Sardonyche Anaglyph. exſcalptum.

PHocionis, viri proſpera adverſaque fortuna illuſtris, imaginem, quæ in marmoreo Herma olim apud Fulvium Urſinum (a), neſcio quo fato, perierat, ſervavit nobis gemma hæc, à Pyrgotele, ejusdem coævo, inſculpta, obliquo vultu eſt, ac ob ſenium rugoſo, ſed qui majeſtatem quandam militaremque virtutem exhibeat; recalvaſter eſt ac brevibus capillis, nudo ac fere adverſo pectore. Hæc celeberrimi hominis forma, qui & exercitibus præfuit, atque vitæ integritate conſpicuus, cognomine Bonus eſt appellatus, *ut inquit Cornelius Nepos (b), ac Alexander M. ipſi ſoli ex Athenienſibus* ſcribens ſalutem appoſuit, *teſte Æliano (c). Tantus tamen vir in extrema ſenectute accuſatur, quod Piræum Nicanori prodidiſſet, capitis à civibus damnatus eſt, & poſt obitum nullam Atticæ regionis, quæ oſſibus ejus injiceretur, glebulam invenit, juſſus extra fines projici, intra quos optimus civis vixerat, juxta Valer. Max. (d).*

(a) Ill. Imag. n. 109. Comment. p. 63.

(b) Vit. Excell. Imp. in Phoc. p. m. 104.

(c) Var. Hiſt. Lib. 1. c. 25. p. m. 20.

(d) Lib. 5. c. 3. p. m. 162.

Vulgavit hanc gemmam Bellorius (e) & poſtea Maffeius (f), nos autem ex eclypo noſtro exactiori, cum illo, qui in Dactyliotheca Strozziana aſſervatur, collato, exactiorem delineationem damus. Gemmam enim ipſam, (quæ Ant. Mar. Caſtiglionis olim fuit) inſpicere non licuit, quippe quæ à Britanno quodam magno pretio emta, quo migraverit, ignotum eſt.

(e) In Imag. Ill.

(f) Gemm. Ant. Tom. 1. p. 77.

LVII.

NEPTUNUS,

QUINTILLI OPUS,

Beryllo inciſum.

Ex Dactyliotheca Ludoviſiana, olim Boncomp. Romæ.

NEptunus, pube tenus è curru extans, quem hippocampi, ſeu equi marini, per undas trahunt, corpore nudo affabreque delineato; veſte veli inſtar, vento excepto, tumida, ut marinis numinibus apponi mos eſt, dextera manu piſcem, qui ex repando corpore Delphin eſſe dignoſcitur, oſtentat, ſiniſtraque tridentem tenet.

Delphinem Neptuno gratiſſimum ſcribit Oppianus (a), qui Amphitritem, nuptias recuſantem ac diu quæſitam, in Oceani domibus invenerit, atque amanti Neptuno renuntiaverit, qui illam abripuit, ſibique conjugio copulavit, quamobrem hic, ut ait Hyginus (b), inter ſidera Delphini effigiem collocavit, & hoc amplius, qui Neptuno ſimulacrum faciunt, Delphinum aut in manu aut ſub pede ejus conſtituere videmus, *quod apparet in nummis M. Agrippæ & Poſtumi apud Mediobarbum (c). Tridentem fert, quia, ut legere eſt apud Plutarchum (d),* ſignum eſt tertiæ regionis, quam mare obtinet, poſt cœlum & aërem collocatam.

(a) De Piſcatione v. 385.

(b) Poët. Aſtron. L. 2. p. 67. Ed. Paris 1606.

(c) Pag. 55. & 392.

(d) De Iſide & Oſiride Op. T. 2. p. 381.

LVIII.



PHOCION.
PYRGOTELIS. OPVS
Ex Sardonyche Anaglyph. exs calptum

B. Picart sculp. 1722.



Hieronymus Odam Rom. Eques delineavit. B. Piart sculp. 1713

LVI.

PHOCION.

OUVRAGE DE PYRGOTELE,

Gravé ſur une Sardoine.

VOici l'image de Phocion, Perſonnage également illuſtre par ſa bonne & par ſa mauvaiſe fortune. Elle étoit autrefois en un Terme de Marbre entre les mains de Fulvius Urſinus (*a*); mais ce Marbre s'eſt perdu malheureuſement, & l'image s'eſt conſervée ſur cette Pierre gravée par Pyrgotele qui vivoit dans le même tems. Le Viſage eſt de profil; mais quoi-que l'âge l'ait couvert de rides, on ne laiſſe pas d'y remarquer encore une certaine Majeſté & cet air de valeur qui étoit naturel à Phocion. Sa Tête eſt chauve par devant, aiant le reſte des cheveux courts & il préſente la Poitrine nuë. Telle eſt la figure de ce grand Homme, qui s'eſt rendu également recommandable & par ſon courage à la tête des Armées, & par l'integrité de ſa Vie, qui l'a fait ſurnommer *le Bon*, comme dit *Cornelius Nepos* (*b*). Il fut le ſeul parmi les Atheniens à qui Alexandre le Grand, au raport d'Elien (*c*), *ait adreſſé le ſalut dans ſes Lettres.* Neanmoins avec toutes ces qualitez aiant été accuſé ſur la fin de ſes jours d'avoir livré le Pirée à Nicanor, il fut condamné à mort par ſes Concitoyens, & ſon Corps ne put trouver dans toute l'Attique un peu de terre pour le couvrir, aiant été jetté hors du pays où il avoit toujours vécu en bon Citoyen, ſelon le témoignage de Valere Maxime (*d*).

(*a*) Imag. des Hom. Illuſt. n. 109. Com. p. 63.

(*b*) Vies des Emp. Art. de Phocion p. m. 104.

(*c*) Hiſt. diverſ. Liv. 1. c. 25. p. m. 20.

(*d*) Liv. 5. Ch. 3. p. m. 162.

Cette Pierre a été publiée premiérement par Bellorius (*e*) & enſuite par Maffei (*f*); & nous la donnons ici exactement deſſinée d'après l'empreinte que nous en conſervons, & que nous avons ſoigneuſement confrontée avec celle du Cabinet de Strozzi; car il ne nous a pas été poſſible de voir la Pierre même, qui a autrefois apartenu à Ant. Mar. Caſtiglion, & qui, aiant depuis été achetée fort cher par un Anglois, a diſparu, ſans qu'on ſache où elle a été transportée.

(*e*) Imag. des Hommes illuſt.

(*f*) Pierres Ant. Tom. 1. p. 77.

LVII.

NEPTUNE.

OUVRAGE DE QUINTILLUS,

Gravé ſur un Béril.

Du Cabinet de la Princeſſe Douairiere de Piombino, née Ludoviſi, aiant auparavant apartenu à la Maiſon Buoncompagni, à Rome.

CEtte Pierre repreſente Neptune nu & parfaitement bien deſſiné, ſortant à demi corps de ſon Char tiré ſur les flots par des Chevaux Marins, avec une Draperie enflée de vent comme une Voile, ainſi qu'on a coûtume d'en donner aux Divinitez de la Mer. Il tient de la main droite un Poiſſon, que l'on connoît à ſes replis être un Dauphin; & porte ſon Trident de la gauche.

Nous aprenons d'Oppian (*a*) que le Dauphin étoit très agréable à Neptune, par ce que ce fut ce Poiſſon qui découvrit Amphitrite dans les grotes les plus profondes de la Mer, où elle ſe cachoit pour éviter les pourſuites du Dieu qui l'aimoit; & que l'aiant enfin trouvée, il l'indiqua à Neptune qui l'enleva & qui la prit pour femme. C'eſt pourquoi ce Dieu, au raport d'Hyginus (*b*) *plaça le Dauphin entre les aſtres; & de la vient encore, que dans les ſtatuës de Neptune, nous voyons qu'on lui met un Dauphin à la main ou ſous le pié.* C'eſt ce que l'on voit auſſi ſur les Medailles de M. Agrippa & de Poſtume dans le Recueil de Mezzabarba (*c*). Il tient un Trident à la main, pour marquer, comme dit Plutarque (*d*) *que la Mer eſt la troiſiéme Region, qui eſt placée après la terre & l'air.*

(*a*) De la Peſche, v. 385.

(*b*) Poët. Aſtron. Liv. 2. p. 67. Ed. de Paris 1606.

(*c*) Pag. 55. & 392.

(*d*) Art. d'Iſis & d'Oſiris T. 2. p. 381.

LVIII.

SATYRI CAPUT,

SCYLACIS OPUS,

Amethysto incisum.

Ex Dactyliotheca Strozziana, Romæ.

SAtyri caput, impexis capillis barbaque inculta horridum, gemmæ inciſum à Scylace eſt, ac, ut de Marſya ait Apulejus (*a*), hiſpidus, illutibarbus, pilis & ſpinis conſitus: *humano in vultu hircina forma adparet, quod de Pane ſcripſit Herodotus* (*b*): Pingunt & ſculpunt pictores & ſtatuarii Panis imaginem cum vultu capræ & hirci cruribus.

(*a*) In Floridis Lib. 1. p. m. 330.

(*b*) In Euterpe S. Lib. 2. ex rec. Henr. Steph. p. 47.

LIX.

HERCULES MUSARUM,

SCYLACIS OPUS,

Ex Sardonyche Anaglyph. exſcalptum.

Apud Dom. Tiepolum nob. Patric, & Senat. Venetum.

HErcules juvenis adhuc, leonina pelle ſiniſtro humero impoſita, ac utrimque pendente, reliquo corpore nudus, gradiens cytharam dextera pulſat, ſepoſitis ad latus, clava, pharetra ac arcu. Similem prorſus imaginem in nummo Pomponii Muſæ expreſſam protulit Lævinus Torrentius (*a*), *Vaillantius, Urſinus & alii, qui familiarum Romanarum nummos edidere. Is eſt* Hercules Muſarum (*ſeu Muſagetes*), *ut legitur in nummi epigraphe, cujus cultum Romam attulit Fulvius Nobilior, qui bellum contra Ætolos feliciter geſſit, ædemque in Circo Flaminio ex pecunia cenſoria fecit, ut narrat Eumenius Rhetor* (*b*), *templumque idem inſtauravit Martius Philippus* (*c*). *Hinc communis ara Herculis & Muſarum apud Romanos, cujus rei rationem affert Plutarchus* (*d*): An quia Evandrum literas docuit Hercules, ut Juba narrat. *Cytharam Hercules fert, quia veteres conſuevere ſuis numinibus muſica inſtrumenta apponere, ut docet idem Plutarchus* (*e*): Priſci porro Theologi, Philoſophorum vetuſtiſſimi, muſica inſtrumenta in manus Deorum imaginibus poſuerunt, non ſane quod eos lyra aut tibia ludere putarent, ſed quod nullum Deo opus convenientius eſſe judicarent, quam conſonantiam & harmoniam.

(*a*) In Not. ad Sueton. Auguſt. Cap. 29. p. 86. Ed. Plantin.

(*b*) In Or. pro Schol. Inſtaurand. inter ver. Paneg. p. m. 666.

